



Universitätsbibliothek Paderborn

**Homili-||arvm Sive Sermo-||num doctissimi uiri loh. Eckij
ad-||uersum quoscunq[ue] nostri || temporis hæreticos,||
super Euangelia || de tempore || ... Tomvs ...**

... ab Aduentu usq[ue] ad Pascha ...

Eck, Johannes

1534

VD16 E 292

D[omi]nica 2. post Epiph. Euan. Nupti[æ] fact[æ] sunt. Johann. 2.
Homili[æ] septem Tertia est de planetarijs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35308

DOMINICA II.

POST EPIPHANIAE, EVAN

gelium Iohannis II.



IN illo tempore: Nu-
ptiæ factæ sunt i Cha-
na Galilææ, & erat ma-
ter Iesu ibi. Vocatus est
autem & Iesus & disci-
puli eius ad nuptias. Et
deficiēte uino, dicit ma-
ter Iesu ad eum: Vinum
nō habent. Et dicit ei Ie-
sus: Quid mihi & tibi ē
mulier? nondū uenit ho-

ra mea. Dicit mater eius ministris: Quodcunq;
dixerit uobis facite. Erāt autem ibi lapideæ hy-
driæ sex posita, secundum purificationem Iudæ-
orum, capientes singulę metretas binas uel ter-
nas. Dicit eis Iesus: Implete hydrias aqua. Et im-
pleuerunt eas usq; ad summū. Et dicit eis Iesus:
Haurite nūc & ferte architriclino. Et tulerunt.
Ut aut gustauit architriclinus aquā uinū factā,
& nō sciebat unde esset, ministri aut sciebant q;
hauserūt aquā, uocat spōsum architriclinus, &
dicit ei: Omīs homo primū bonū uinū ponit, et
cum inebriati fuerint, tūc id qd deterius est. tu
aut seruasti bonū uinū usq; adhuc. Hoc fecit ini-
tiū signor; Iesus in Chana Galilææ, & manifesta-
uit gloriā suā, & crediderūt in eū discipuli eius.

Lib. i. c. 9.
30. q. 1. c.
nec illud .

Nuptias factas hic Iohannes in Euangelio prædicat in Chana Galilææ . Nuptias uero Ambrosius inde dictas uult, quòd pudoris gratia se puellæ obnuberent, id est, uelarent. siquidẽ uerecundia nuptiis præire debet. Discite ergo, inquit, uirgines quẽadmodum seruetis uerecundiam, ne intecto capite prodeatis ante extraneos. Exemplum & typum eius uerecundiæ habetis Rebeccam, quæ iam desponsata Isaac, uiso sponso sibi obuiante, descendens de camelo, tollensq; cito palliũ suum, operuit se. Vide etiã Iudæi morẽ istum in hunc usque diẽ traxere, ut apud eos sponsæ dum inthronizarent, caput uelarent cũ facie. Sed & ethnicis idẽ in usu fuisse uel hoc ipsum nuptiarum satis declarat uocabulum. Verũ hic nostræ uideant uirgines, quæ si quando desponsantur, dici nõ potest, quã proteruæ sint, quã petulãter lasciuant. an nõ tum Iudæorũ tum gentiliũ uirgines, ipsis multo fuerint & honestiores & magis pudicæ? Multis hæc inducit Ambrosius, quibus uolens superseculo . At cuius hæ fuerint nuptiæ, licet nõ exprimat textus, cõmuniter tamen earum sponsus fuisse creditur Iohannes Euangelista, sicut & historia docet scholastica, & ipse Hieronymus in prologo super Iohannẽ dicit: Hic est Iohannes Euangelista unus ex discipulis dñi, qui uirgo à deo electus est, quẽ de nuptiis uolentẽ nubere uocauit deus. Testatur idẽ beatus Augustinus in prologo super eundem Iohannẽ: Iste, inquit, est Iohãnes, quẽ dominus de fluctuaga nuptiarum tempestate uocauit, & cui matrem uirginẽ uirgini commendauit. Quod si ergo Iohannẽ à nuptiis uocauit Christus, qui tamen in nullis, nisi istis nuptiis fuisse legitur, utiq; hinc euidenter colligitur, has ipsas Iohãnis fuisse nuptias, ad quas ideo etiam inuitata est Maria, tanq; ex cognatis eius generis proxima. soror enim erat matris Iohannis, sed & qua semper fuit honestate & conuersatione sanctissima, ad nuptias illas non uenisset, neq; se multitudini hominum adiunxisset, nisi sponsus sibi fuisset sanguinis coniunctione proximus, sicut & cognatam suam uisitauit Elizabeth, quamuis frequentius uide-

Gene. 24.

Hierony.

Augustin.

Luc. 1.

si in publico ei displicebat, quamuis sola in intimis, ut ait Ambrosius, penerralibus uersabatur, magisq; in solitariis locis orationi dedita morabatur. Sed quod illud quidam ex eo reijcere conantur, quonia Iohannes iam ante uocatus sit ad apostolatam, Matthæi 4. & Lucae 5. neq; iam uelut post aratrum retrospexerit, de uxore & cõiuge cogitans, nihil omnino probat, quia falso innititur fundamento, nuptias nimirum à uocatione factas apostolorum, quæ multo ante sunt habitæ, nondum in carceres coniecto Iohâne, cuius rei magnum hoc argumentum est, quod nuptiis istis iam hic capite secundo Iohannis descriptis, demum capite tertio narratur, quomodo Iohannes nondum utiq; captiuus baptizârit in Ennon. Hinc fit, ut omnino persuadeat credendum esse sanctissimis illis doctoribus Hieronymo & Augustino, qui nisi hoc ipsum ex uetustioribus accepissent, non illud utiq; confidenter ad eo professi essent. Quod si illud ita esset, sicut equidẽ non dubito, corrueret funditus istud temerarium hæreticorum nostratum figmentum, dum pertinaciter negant illud ecclesiæ statutum, licere ut coniugum alter post coniunctionem etiam solennem in facie ecclesiæ factam, anteq; tamen matrimonium sit consummatum, dimisso altero possit monasterium ingredi, habitumq; & uitam religiosorum suscipere. Siquidem id ipsum planè Christus hic cū Iohanne fecisset, eum ab institutis iam nuptiis auocando, quod & deinceps in sancto Machario factum est & sancto Alexio, ut sic bene & æquissime sanxerit ecclesia constitutionem illam. 2. Deinde quærunthic doctores quãdo tandem & nuptiæ illæ factæ sint, & tm hoc à Christo exhibitum miraculũ. Vbi respondendum est, ab omnibus ferè id Christianis esse creditum, sexta Ianuarij factum id esse, ita ut uno eodemq; die Christus & adoratus sit à magis, & à Iohâne baptizatus, & aquam deinceps uerterit in uinum, annis tamen diuersis, & quibus quidẽ hæc singula contigerint annis, Augustinus & Chrysostomus in ea sunt sententia, ut putent Christũ tredecim iam dies natũ adoratum à magis, & deinde post annos triginta baptizatum, cumq; annorum esset triginta unius & diez; tredecim, ex aqua demũ fecisse uinũ. Id si ita esset, sequeres

Ambros.

Johan. p

Nota.

c. Uerũ de
conuersi.
coniug.Augustin.
Chrysost.

Christum duos tantum annos cum dimidio prædicasse publice, deinde mortuum fuisse. Alij autē doctores ferē omnes, cum dicāt Christū annos tres & dimidium prædicasse, cōsequenter asserunt eum anno ætatis uicesimo nono baptizatum esse, & tricesimo deinde miraculū illud fecisse. Sed quocunq; modo se res habeat cum annis illis, quia nobis huc parum deseruit, parum curamus: quādo satis est hoc scire nos, tria illa maxime & insignia & memorabilia facta uno die, licet annis contigisse diuersis. Et ita catholica firmiter credit ecclesia, sicut & in hodi-

Ecclesia.

Matth. 3.

Matth. 2.

Johan. 2.

Ubi supra

erna canit antiphona: Hodie cælesti sponso iuncta est ecclesia, hodie in Iordane lauit Christ⁹ nostra crimina, curant cum muneribus magi ad regales nuptias, & ex aqua facto uino lætantur cōuiuæ. Et iterū in alia antiphona: Tribus miraculis ornatū diem sanctū colimus, hodie stella magos duxit ad præsepium, hodie uinum ex aqua factum est ad nuptias, hodie à Iohanne Christus baptizari uoluit, ut saluaret nos. Satis magnus quoq; testis nobis

Maximus

est beatus Maximus, in sermone de Epiphania dicens: In hac dilectissimi celebritate, sicut relatu paternæ traditionis instruimur, multiplex nobis est festiuitate letandum. ferunt enim Christū dñm nostrum stella duce à gentib⁹ adoratū, & inuitatū ad nuptias, aquas in uina uertisse. Et suscepto baptismo à Iohanne, cōsecrasset fluenta Iordanis, suumq; simul purificasse baptistam. Et ex illo triplicem solennitas illa nomenclaturam sortita est. nam & Epiphania, & Theophania, & Bethphania dici solet.

Chrylost.

3. ¶ Porro iam euangelium adfuisse Mariā, sed & Iesum & discipulos uocatos ad nuptias testat. Vbi Chrystomus iuuitatā esse Mariā dicit, nō ut matronā magnificam, sed ut ex propinquis cognatā, similiter & Christum iam em̄ supra diximus Iohannē sororis Mariæ filiū fuisse. Inuitari autē solebant matronæ etiā honeste, quæ spōsæ assiderent, ut ea ex illis & egregiā disciplinā, & honestissimos quosq; addiceret mores. Qui nunc q; in multis locis mos obseruari solet, ut mulieres natu grādiore nō iuuentulæ collocentur ad spōsam. Merito itaq; inuitata est etiā Maria, cū & speculū esset ois honestatis, & ultro amicis seruire parata semp fuerit, sicuti cū festinatiōe trās-

fit montana, ut inseruiret Elizabeth.

¶ Sed iam iam audire uideor aliquē mussitantē, qui fieri potuerit illud cōmode, ut hic Christus cū suis discipulis dicatur inuitatus fuisse ad nuptias, & tamen iam paulo ante dictū sit, nuptias istas ante uocationē apostoloz factas esse. Huic ego respondeo, uerū esse, nuptias has ante uocationē celebratas: & quis iam cum quibusdam consuetudinem cōtraxerat Christus, puta cū Andrea, Philipo, Petro & Natanaele, neminē tamen illoz etiā uel in apostolorum uel in discipuloz numerum & functionem adsumperat. Et quod hic discipuli appellantur, illo more fit loquendi, quo dicimus apostolum Paulū in Tarso Ciliciæ esse natū. neq; em̄ tunc iam erat apostolus. ita discipulos inuitatos ad nuptias cū audimus, nō iam discipulos, sed qui futuri erant discipuli, intelligere debemus. Hæc Augustinus de cons. euang. lib. 2. ca. 17. Cyrillus q̄q; Christū inuitatū esse perhibet diuina quadā prædestinatione, uenisseq; miraculi potius, q̄d acturus erat, quā conuiuij gratia. Verū hic doctrinā huiusmodi colligūt doctores sancti, & honestū esse & laudabile amicos uicinosq; bonos inuitare ad nuptias; cōuiuas etiā excipere nonnunq̄ & cū eis lætari, qm̄ illud semp̄ a pijs hominibus obseruatum est, & ab ipso adeo Christo: qui nō satis esse duxit, si ad nuptias inuitatus ueniret, nisi insuper in effusiorē hōspitiū lætitiā, in uinū q̄q; uerteret aquā, in uinū inq̄, nō illud tenue, sed nobilissimū. Regnū insuper cæloz cōparauit regi, nuptias paranti filio suo, seruosq; mittenti q̄ inuitatos uocarēt. Ita fecit Raguel in nuptijs Tobiaz, duas pingues uaccas & arietes quatuor occidi fecit, & parari epulas oībus uicinis suis cunctisq; amicis. De longe q̄q; ad nuptias suas inuitauit Tobias Gabelū ex ciuitate Rages, qui & uenit cū angelo Raphaele. Sed & Laban amicorum turbam magnam inuitauit ad nuptias patriarche Iacob cum filia sua. Quid q̄ Assuerus etiā rex grande fecit conuiuium cunctis principibus & pueris ad nuptias Hester? Nec minus in scripturis fundatum est, eos qui ad nuptias uocati sunt, honeste & splendide uestitos esse debere, quando credendum non est, temere regem illum improperasse isti, qui ad nuptias uenerat uestem non

Johan. 13

Augustinus
Cyrillus.

Matth. 22

Tobie. 1.

Gene. 29

- Apoc. 21.** habens nuptialem. Ita & Iohannes, Vidi, inquit, ciuitatē
 Ierusalem nouam, descendentem de cælo, à deo paratā,
Isai. 49. sicut sponsam ornatam uiro suo. Sed & apud Isaiam: Vi-
 uo ego, dicit dñs, quia omnibus ijs uelut ornamento ue-
 stieris, & circumdabis tibi eos quasi sponsa. Et apertius ali-
Isai. 61. quanto deinceps, Induit me dñs uestimento salutis, & in-
 dumento iustitiæ circumdedit me quasi sponsum decora-
 tum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis.
 Ex quibus sane scripturis cōstat, sponsum & sponsam p
 suarum fortunarum cōditiōe decenter & honeste uesti-
 ri debere, & ipsos quoque hospites ad nuptias inuitatos,
Sene. 24. splendidius paulo uestitos esse oportere. Quō legim⁹ eti-
 am cum seruus Abrae missus esset, ut Rebeccam filio dñi
 sui Isaac adduceret uxorem, prolatis ille uasis argenteis
 & aureis, ac uestibus, dedit ea Rebeccae pro munere, fra-
 tribus quoq; eius & matri dona obtulit. Initoq; cōuiuio,
 uescebantur & bibebant. Verū hæc quæ iam diximus de
 nuptialibus gaudijs omnia, de cibo & potu, de saltationi-
 bus, uestibus & omni ornamentorū apparatu, intelligen-
 da sunt cū sale, cū mediocritate & disciplina, ne quid hic
 quoq; nimis, ne fiat quod quidā Epicuri de grege porci
 in nuptijs faciunt, eas sua cōporatione & ebrietate tantū
 dehonestantes. Ne nimius sit in uestitu apparatus, & plus
 pendeat sumptus in uestibus, quàm sit domi reliquū in æ-
 dibus. Et in summa, circumstantias illas quæ ad honorū
 dignitatē pertinet, nō decet excedere, nec aliquo modo
 deum ad iram prouocare, sed illum præ oculis semper ha-
 bere, sicut factum est in sanctissimis illis Tobiae nuptijs,
Tobie 9. quibus honestum scriptura præbet testimonium, dicens:
 Accesserunt ad conuiuium, & cum timore dñi nuptiarū
 conuiuium exercebant. Factū id quoq; est in augustissimo
 illo Assueri regis cōuinio, de quo sic ait scriptura: Nō erat
Esther. 1. qui nolentes cogeret ad bibendū, sed sic rex statuerat, p-
 ponens mensis singulos de principibus suis, ut sumeret
 unusquisq; qd uellet. Aliter iam longe fieri solet, cū alius
 alium cogit & urget, cum uaccino more bibitur. Et quis
 multa sint contra cōporationes inuulgata edicta, nulla
 tamē flagitiū tam insigne pœna cōsequit. Verū qd nemo
 animaduertit, in causa est, qd & n̄ qui tāta mandata edūt,

& qui eorundem sunt præfecti, iudices aut quæstores, illi nimirum ipsi potatores sunt maximi. Sed me iam hoc tã impudens comptandi flagitium, pudere facit & filere, ut plura de eo horream dicere.

¶ Ex multis adhuc rationibus hanc quoq; adsignant doctores, cur Christus ad has uenire nuprias uoluerit, qd hoc ipso suo exemplo matrimonium uoluit cõfirmare. Nouerat enim iam tunc, ut ait sanctus Augustinus, uenturos quosdam, qui parum honestas nuptias, nec satis bonum iudicarent esse matrimonij statum: cum tamen contrarium huius adeo sit uerum, ut & coniugium ex deo, & quælibet coniugum separatio existat & proficiscatur ab autore diabolo. Idq; adeo ut uerum esse probarer, ipse sua præsentia nuptias honestauit Christus: & quẽadmodum in paradiso iam creato homine, primũ instituit matrimonium, ita cũ redimendo uenisset homini natus homo, primum suum uoluit in nuptiis edere miraculũ. Futuros autem qui coniugium prohiberent, iam olim Paulus habuit ex spiritu sancto & præsciuit, cum diceret: Spiritus manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam cõscientiam, prohibentium nubere. Venisse etiam illos deinceps testatus est ex multis beatus Augustinus de Tatianis & Adami-

tis, Tertullianus quoq; aduersus Marcionem.

¶ Errorem hunc sua Christus in nuptiis præsentia factis confutauit, & priusquam ueniret, iam sustulit, uolens ita huiusmodi suorum miraculorum initio, conuersationis nostræ secundum carnem sanctificare exordium: qd ordinate & debite fit in matrimonio, unde hic conjugalis commendatur castitas & pudicitia, ipsumq; adeo collaudatur magnum matrimonij sacramentum, tanquam à deo institutum, ordinatum & uelut insitũ: quod & ideo in omni honestate est suscipiendum, cũ coniuges præforibus templi copulantur & benedicuntur, nulla ibidẽ temeritas, nulla exercenda leuitas est, sed pie magnum illud omnipotentis dei opus considerandum, imploranda quoq; cum sacerdote est spiritus sancti gratia. Est enim

Coniugij
dignitas

Matth. 19

Sene. 1.

1. Tim. 4

Augustin.
Tertull.

hic, quod cum stupore quodam nec sine reuerentia admī-
 remur immensum! illud consilium sapientiamq; ineffabi-
 lem dei, qui tam pius & misericors esse uoluit generi hu-
 mano, tam prouidens pro omnibus nobis, ut in ipsa ho-
 minis creatione uinculum institueret uoluntarium, for-
 tius tamen & firmitus multo naturali uinculo. Quod an-
 non fortissimum erat inter patrem & filium, matrem &
 filiam: adeo ut Imperator dicere ueritus nō sit, Quis ad-
 defectus extraneus talis inueniatur, ut uincat paternū, uel
 cui alij credendum est res liberorum gubernandas, parē-
 tibus derelictis: &c. Et rursus in alio loco, Hæc, inquit, q̄
 diximus ad edictū pertinere, nihil interest, in se quis ue-
 ritus sit, an in liberis suis, cum pro adfectu magis in libe-
 ris parentes terreantur. Patuit hoc in Dauide, cui filius su-
 it Absalon, nihil parcens etiam patri, quin eum multis
 modis offenderet, fratrem insuper proprium occidit, pa-
 trem ipsum suis exegit finibus & solio, cōtra eundem pu-
 gnare non timuit: ad extremum capillis quos habebat
 pulcherrimos, ex arbore pendens, transfossus occubuit.
 Quod cum rescuisset Dauid, non dixit: merito hæc illi
 accidisse, quoniam peccasset in parentē, sicq; aduersus se-
 metipsum concitasset iram dei: quin potius contristatus
 ascendit in cœnaculū portæ & fleuit, sicq; loquebatur ua-
 dens: Fili mi Absalon, Absalon fili mi, Quis mihi tribu-
 at, ut ego moriar p̄ te? Absalon fili mi, fili mi Absalon.
 Vtut ergo illud naturæ uinculū sit inter parentes & libe-
 ros fortissimū, insitū tamen est à deo aliud uinculum con-
 iugale, quantumuis uoluntarium illud, attamen natura-
 li isto longe firmitus, sicut & Adam spiritus sancti instin-
 ctu dicebat ad Euam: Hoc nunc os ex ossibus meis & ca-
 ro de carne mea. Quamobrem relinquet homo patrē su-
 um & matrē, & adhærebit uxori suæ. Ut igit aliquādo cō-
 cludā & finiā, institutū coniugiū est officiū naturæ, pec-
 cati & cōcupiscētiæ medicina, insigne bonū hoīm, ciuili-
 societas, præclaræ Christianæ ecclesiæ sacramētū. Dñs de-
 dignet oībus illis q̄ in sancto cōiugali statu degūt, aquam
 etiā illā laboris & angustię uerrere ac mutare in dulcedi-
 nē & suauitatē uini, tū cōsolationis, tū recreationis: ut &
 ipsi post hanc uitam, uitam consequantur æternam. Hæc

L. Cum
 furiosus
 C. de cu-
 rat. fur. et
 prod.
 L. isti qui-
 dem. ff. de
 eo qd met.
 caus.
 2. Reg. 18.

Gene. 2.

illis nobiscum simul largitor bonorum omnium largiatur deus, Amen.

HOMILIA SECUNDA

dominicæ secundæ post Epiphaniam domini.

Nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ, & uocatus est Iesus ac discipuli eius. Erat autem & mater Iesu ibi. Nullam hic mentionem facit Euangelista ipsius Ioseph, unde doctores colligunt eum iam fuisse mortuum. Siquidem absque eo Maria ad nuptias uentura non erat. Verum nos sermone iam præcedenti rationes aliquot indicauimus, cur ad nuptias illas uenerit Christus: quarum prima erat, ut ab illis sponsum ad uirginis statum uocaret, cui nobiliorem etiam uirginem matrem suam in cruce erat commendaturus. Secunda, ut generationis nostræ exordium sanctificaret. Tertia, ut sic quoque Tatiani aliorumque confunderet hæreticorum errores. Quarta, ut & ipse dei filius coniugium confirmaret in terris, quod pater suus cælestis instituerat in paradiso. Quinta, ut qui ad nuptias ueni erant, sui deinceps futuri discipuli, in eum cred. Postrema, ut honesta gaudia lætitiarumque competentem creemus in nuptialibus quærere conuiuiis.

¶ Solent hic plerumque multa dici de sacramento matrimonij, eam tu materiam regres in sermonibus de sacramentis. nunc enim circa explanationem euangelij tamen lubet insistere. Ait autem Euangelista: Deficiente uino, dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent. Vnde sponsi simul & sponsa facile colligitur paupertas, cum eis etiam uinum defecerit, & tamen non dedignatus est ad eos uenire **CHRISTVS**, nullo modo mensam etiam pauperum contemnens. ut hinc & nos disceremus, amicos etiam pauperes non despiciere, sed eorum etiam inopiam in optimam partem accipere, nec ideo eos contemnere quod pauperes sunt. Elegit enim & ipse deus pauperes in hoc mundo, diuites in fide & hæredes regni. Vos autem, inquit deinde apostolus, **Jacob. 2. Eccis. 9.** exhonoraſtis pauperem. Quod etiam sapientissimus ille Ecclesiastes conquerit dicens: Quomodo sapientia pauperis contempra

est, & uerba eius non sunt audita? At Christus hic ad pauperes uenit, quibus uinum non suppetebat. & cum aliàs sæpe inuitatus fuerit, nusquam tamen conuiuas adeo exhilarauit, ut eis uinum tam nobile ex aqua faceret.

2. ¶ Liqueat etiam hinc aperte, sponsum illum seu sp̄sam sanguine iunctos fuisse Mariæ. cur enim aliàs anxia adeo & sollicita fuisset ex uini defectu? fuit ergo ex cognatis proxima, & ut ante ex Hieronymo & Augustino probatum est, matris sponsi soror. Mitto ego hic, quòd quidam dicunt penè nullum adfuisse in cōuiuio uinum, nõdum tamen plane defecisse, ita ut Maria ex hoc sollicita & condolens sponso ac sponsæ, defectum indicãrit Christo, priusquam omnino uinum deesset. Satis est hoc, certum nobis esse ex interpretatione doctorum, nondum omnibus constitisse hospitibus hunc uini defectum, quod & sequentia uerba domini satis declarant.

¶ Sed iam mirari forte aliquis posset, quo tandem animo hæc ad Christum dixerit Maria. An quasi petitura ex illo miraculum in ipsis adeo nuptiis? & cum antea nullum ab eo uidisset, unde nunc demum uenit in mentem matri, aliquid magnum cogitare de filio? inquit Chryso-
Chrysof. stomus. Respondent ad hoc doctores sancti, Mariam nõ hoc dixisse Christo uelut ignaro, quãdo & ipsa inscia nõ erat, illũ nihil latere. Tantũ ergo hoc ei indicauit ex cõpassione, qua pauper culis illis condolebat. Et quãuis hactenus ab eo miraculum nullum petierat, dum ambularet hic & conuersaretur ut homo: tamen cũ iam baptizatum
Matth. 3. esse eum cognouerat, miracula etiam, quæ ibidem contigerunt, audierat: & quomodo illi testimonium perhibuisset Iohannes, cogitare apud se potuit: Nunc iam tempus imminet, cum dominus meus naturam quoq; illam suam diuinam est manifestaturus. Siquidem eum hæc maxima posse, minime dubitauit: & sicut omnia conseruauerat in corde suo, ita illud etiam angeli uerbum diligenter retinuerat, q̄ filius suus in natura filius dei esset, quãpropter illi forent omnia possibilis. Conseruauerat illa quoq; quæ pastores in die natiuitatis suæ dixerant. Nec
Lucę. 2.
Lucę. 1.
Matth. 2. iam oblita erat, quoniam stella tres magos ab oriente uel ad casam suam duxerat. Ex ijs omnibus diuinitatem

esus satis agnouit. Sed & accedente iam cepra illius ma-
 nifestatione in baptismo & testimonio Iohannis, nec im-
 maturum, nec præter tempus erat illud q̄ Christo Ma-
 ria defectum uini significauit. Quamuis hoc uerum est,
 eam habuisse spiritum sanctum: unde etiam omniscia nō
 fuit, sicut iam ante Lucas illam dixit uerbum istud domi-
 ni non intellexisse, An nesciebatis q̄ in iis quæ patris mei
 sunt: credere tamē firmiter decet omnem Christianum,
 Christum non permisisse charissimam matrem aliquan-
 do labi in aliquem errorem. Aliud enim est, non scire, ali-
 ud errare. Quomodo idiota nescire aliqd̄ potest sine in-
 commodo, doctus uero hæreticus errat suo maximo ma-
 lo & incommodo. Et quò tandem digredimur? sapien-
 tissima omnium quæ unquam in mundo uixere, femina
 Maria illa fuit, de qua merito canit Ecclesia: Virgo pru-
 dentissima, quò progredieris quasi aurora ualde rutilans? *Ecclesia o*
 Filia Sion, tota formosa & suavis es &c. Et honeste igi-
 tur & uerecunde amicorum suorum in nuptiis egestatē
 domino proposuit, dicens: Vinum non habent. Non ex
 illo uinum petebat, sed ne miraculum quidem tantum,
 necessitate ostensa, rem totam suæ relinquebat sapien-
 tiæ, omnipotentia & charitati, quibus modis consulend-
 um foret conuiuis. Tria itaq; hic sunt obseruanda in Ma-
 ria. Primo, ingens illa Mariæ misericordia, quoniam cō-
 dolebat amicis, quorum illis nuptiis res agebatur, ne for-
 te defectus ille uini in eorum redundaret ignominiam.
 Vnde discant diuites non inuidere pauperibus, si quando
 & ipsi lautius uictitent & uinum bibant. Ecce enim hic
 Christus uinum potius ex aqua fecit eis, q̄ ut deficerent
 uino, & illud quidem Mariæ precibus. Aut cur nō inter-
 dū impleretur etiā illud Dauidis in Psalmo: Edent paupe- *Psalm. 210*
 res & saturabunt, & laudabūt dñm? Quamuis nō est q̄ no-
 stris nūc temporibus nimiū hic solliciti simus, per se enim
 isti abligurūt & absunt turpiter quicquid habent, proh
 dedecus. De quo aliās. Secundo, obseruandum hic quoq;
 uenit, qua dignitate Christum coluerit Maria, dum nihil
 ei imperauit, nihilq; eum facere iussit. Tertio, summa illi
 us in Christum hic deprehenditur fiducia. confidebat enī
 illū, si modo amicorum expenderet necessitatē, magnūq;

confusionis periculum, eos non derelicturum, ubi per occasionem liceret. Simili confidentia sorores illæ Maria & Martha ad dominum misere, dicentes: Domine, ecce quem amas, infirmatur. Neque illum venire & sanare Lazarum iussere, hac in illum concepta fiducia, ut si necessitatem tantum cognosceret ipse, qua esset diuina sapientia, rebus succurrere nosset. Et hæc sane duæ imperfectæ adhuc fidei mulieres (quod ex Iohanne clare colligitur) cum hæc fuerint in Christum confidentia tanta, quanto magis credendum est Mariam, cuius fides, ut ipsa quoque tora, pulchra erat & ab omni dubitationis macula purissima, imensa quadam erga charissimum filium fiducia dixisse, Vinum non habent? Quæ ferè catholicorum doctorum omnium uniuersalis sententia est.

¶ Liberet hic, si liceret modo, meam quoque attexere sententiam, saluo tamen meliori semper iudicio. quicquid enim adduco nouum, nolim me pertinaciter in illo proprio meo insistere ingenio. Multis modis in scriptura uel deo sanctos quoque maxima fecisse miracula, dum adhuc uiuerent, sicut cum Petrus claudum sanaret, Ananiam quoque & Sapphiram subita morte affligeret, Aeneam paralyticum uiribus & saluti restitueret, ipsam quoque adeo Tabitam resuscitaret à morte &c. Quæres iam, unde illud subito adeo Petro subierit in mentem, tam inusitato sibi exemplo sanare infirmos, mortuos quoque suscitare. Non utique fecit illud temeritate aliqua & præsumptione, siquidem memor adhuc erat, quam infeliciter sibi semel antea confisset temerarius suus contra uerbum domini ausus, cum confidenter se non negaturum illum polliceretur. Hinc fit ut communis hæc sit sententia, neminem sanctorum, nec ne hic Petrum quidem, aliquod fecisse miraculum, nisi præuia motione spiritus sancti, qui eos ad illud impulerit. Alias sane extremæ eēt temeritatis, hominem tantum sibi arrogare gratiæ diuinitus, ut claudum diceret, Surge & ambula, ille quoque sanatus exiliret, nisi ibi præcurreret certa quædam & ea interna promissio à spiritu sancto proficiscens, unde tandem confidentiam ille sibi sumeret miraculum operari. Ex his iam argumentum illud mihi colligo: Si nullum omnino sancti dei fecere miraculum, nisi ante

Quo sancti miracula parum facere subierint.

Actu. 3.

Actu. 5.

Actu. 9.

Mat. 26

spiritu sancto idipsum inspirante facere iussu, multo minus Maria miraculū ex Christo petisset, si non antehac per inflatū spiritus sancti & ipsa ad id petendum esset uocata. Vt autem res sese habeat, certū est, Mariam ex cōpassione & commiseratione solita domino indicasse, quā iam uinum non haberent.

2. ¶ Christi iam in euāgelio sequitur responsio ad uerba matris: Quid mihi & tibi mulier? Nondū uenit hora mea. Hoc illud uerbum Christi, Chrysostomus ceteriq; doctores ita accipiunt, non quod ille matrem duriter & contemptim increpārit, siquidem præceptum legis suæ de honore parentum, perfectissime omnium seruauit. Iam uero Maria aliud nisi quod suarum erat partiū, non fecit: siquidem decebat ut incepturo iam domino officium illud suum operandi miracula, mater quoque illius intercedendo munus suum inchoaret. Vere enim illa aduocata nostra est, sicut in saluatione illius canit Ecclesia: Eia ergo aduocata nostra. Hoc illud suū sanctū & sublimē officium sanctissima uirgo hodie primum cœpit exercere, & adhuc in cælo exercet pro omnibus illis, quæ se fideliter & pie inuocant. Cum itaq; suum illa tantum officium fecerit, sibi ex gratia diuina in rem tamen totius generis humani collatum, non erat ob id à Christo durius increpanda. Sed neq; uerba ista cum duritie quadam, sed mansuetudine legenda sunt & pronuncianda: Quid mihi & tibi est mulier? hoc est, nec tuum illud est, nec meum curare. curent hoc qui ad istud delegati sunt munus, ut architriclini. neq; enim mea adhuc imminet hora. Eo cum miracula ad diuinam fiant gloriam manifestādam, necdum constat omnibus deficere uinum. Tu quoq; tempus expecta, dum omnibus innorescat: & tunc miraculum uires suas habebit, gloriamq; declarabit diuinā, homines quoq; ad fidem adducet. Qui sane intellectus ut p se simplex, ita facilis est. Verum sanctus Augustinus, qui suo quodam perpetuo more aquilam illam in sublimia cælorum euolantem sequitur, in altum & ipse enitens, uerba hæc quoq; ad summum quēdam intellectum adducens, principio erroneum aliquorum sensum declinat, putantium Christum animo obiurgandi hic cum,

Chrysost.

Exod. 27

Maria ad
uocata
nostra.

Augustin.

matre locutum, quasi illa immerito istud ex eo petierit. Id adeo falsum esse, uel sequens textus satis arguit. profecto enim si Christus petitionē illam matris recusasset implere, & ob id eam obiurgasset uelut inique petētem, quod opus fuerat Mariam committere seruis, ut quod ille iuberet, diligenter implerēt. Quid quod nec ipse Christus miraculum illud fecisset, si ad matris preces facturum se abnegasset. Ad quod rationem pulchram inducit Augustinus, cur hæc Christi uerba nihil erga matrem acerbitalis habeant. siquidem quis crederet Christum in hoc ad nuptias uenisse honorandas, ut dehonestaret matrē, cum tamen omnes ideo peragantur nuptiæ, ut per illas producantur liberi, sintque qui patrem honorent & matrem. Oportet ergo, inquit Augustinus, sensum hic latere occultum, cuiusmodi ferè hūc ille præbet ad uerbum. Dominus noster Iesus Christus & deus erat & homo: secundum quod deus erat, matrem non habebat: secundum quod homo, habebat matrem. Mater ergo erat carnis, mater infirmitatis, quam suscepit propter nos. Miraculum ergo quod facturum erat, non secundum infirmitatem, sed secundum diuinitatem operabatur. ad omnipotentiam enim pertinet dei, rerum substantias & naturas uno tantum mutare momento. Exigebat ergo miraculum mater, at ille tanquam non agnoscit uiscera humana, operaturus facta diuina, uelut dicens: Quod in me facit miraculum, non tu genuisti, diuinitatem meam tu non genuisti: sed quia genuisti infirmitatem meam, tunc te cognoscam, cum ipsa infirmitas pendeat in cruce. hoc est enim, nõdum uenit hora mea, quæ cum uenerit, dicam: Mulier, ecce filius tuus.

¶ Ita ille respondit Mariæ, ut discerneret in fide, quid nobis de eo esset credendum secundum naturam utranque. Id si scissent Iudæi, potuissent respondere Christo, cum interrogaret eos, quomodo filius Davidis eẽ posset Christus, quem ille tamen dominum suum appellasset, dicens: Dixit dominus domino meo. Et sic intellectum quẽ hic dat Christus, si habuissent uidissentque Iudæi, dicere potuissent Messiam filium esse Davidis secundum humanitatem, & tamen eundem dominum ab illo uocatum secundum

Exod. 20.
Augustin.

Johan. 19

Matt. 23

Psalm. 109

diuinitatē: & hic quoque patet, quō Christus filius Mariæ sit, ut homo: & dominus illius, quia deus. Nec est quod cogites Christum hic matrem suā abnegasse Mariam. tantū enim ostendit nondum uenisse horam, ut eam agnosceret. siquidem opus hic facturus erat suę diuinitatis. At patī, pendere ex cruce, derideri, contemni, mori, hæc nimirum illa sunt, quæ corporis erāt Christi ex matre assumpti. Non habent itaque aliquod hic Manichei fundamentū, quo impium suum probent errorem. Christum nec corpus nec sanguinem habuisse uerū, ideoque & dixisse: Quid mihi & tibi est mulier? quod isti sic intelligere uoluerūt, quasi diceret: Nihil ex te habeo, carnem nullam nullūque sanguinem. Qui sensus & falsus & plane est hæreticus. idem enim ille Euangelista, qui uerba hæc Christi descripsit, ad Mariam in eodem hoc capite dicit: Erat mater leuī suū. Si itaque mater eius illa fuit, & si ex ea natus est iuxta uerbum angeli, carnem etiam ab ea habuit & sanguinem. aliās frustra quoque fuisset, quod mulier de turba extolleret uocem, dicens: Beatus uenter qui te portauit, & hubera quæ suxisti, si Maria non uera mater eius fuisset, sicut ibidem in homilia subtiliter arguit Beda.

Manichei

Johan. 2
Luce. 1.

Luce. 10.

Beda.

Inniti uoluerūt huic fundamentō Genethliaci, ex motu siderum iudicare uolentes, quæ in libera cuiusque consistunt uoluntate, atque ideo certa expectant tempora & horas, quas eligant operi incipiendo commodiores, sui erroris occasionem & defensionem ex illis uerbis Christi sumētes: Nondum uenit hora mea. unde dicunt Christum quoque elegisse horam iuxta siderum constitutionem, quam expectārit facturus ex aqua uinum. Verum hoc multum præiudicat gloriæ Christi: qui, quia uerus erat deus, atque adeo cælorum omnium, solis quoque & lunæ & siderum dominus, cur astra expectasset, ut ab illis sui operis acciperet rationem? Ut igitur quilibet Christianus nimium se non intromittat in practicas Genethliacorum, & tamen nobilissimas illas dei creaturas, quæ sunt creaturæ dignitate & sublimitate, non contemnat, super hac materia iustam & integram huic loco lubet adiungere homiliam, eamque alijs locis semper habere repetitam.

DOMINICA SECUNDA
HOMILIA .III. DE EVANGE-
lio dominice secunde post Epipha-
niam domini.

ADVERSUS GENETHLIACOS
& astrologos diuinatores.

Jerem. 10.

**Astrono-
mia.**

Gene. 1.

Job. 9.

IVxta vias gentium nolite discere, & à signis cæli no-
lite metuere, quæ timent gentes, quia leges popu-
lorum uanæ sunt, dicit dominus deus per Ieremiam
prophetam. Verum ego hic primo statim loco testatum
uolo, nihil me hic dicturum contra illam per se hone-
stam scientiam astronomiæ: quæ ut est in se uera, ita nusq[ue]
nec in literis factis, nec ullis legibus seu canonibus pro-
hibita, quum ex ceteris artibus liberalibus & ipsa sit non
postrema: quam, qui magistri dici gaudent & uolunt, me-
rito scire debent, quum faciat plurimum etiam ad diui-
næ maiestatis omnipotentiam contemplandam. profe-
cto enim non nisi summo consilio oprimus ille tam stu-
pendæ machinæ conditor, tot cælos, suumq[ue] cuiuslibet pla-
netæ orbem, & capacissimum illum stellis fixis omnibus
communem fabricatus est. Stellas porro illas & orbem
omnes suo cursu motuq[ue] ordine discreuit elegantissimo,
unde uariæ & innumeræ proficiscuntur mutationes, nō
diei tantum & noctis, uerum etiam æstatis, hyemis, ueris
& autumnus, pluuiæ, niuis, humiditatis, siccitatis, calorisq[ue]
& frigoris apparent manifestissime. In illa quoque tan-
ti operis pulcherrima creatione dixit deus: Fiant lumi-
naria in firmamento cæli, & diuidant diem ac noctem, &
sint in signa & tempora & dies & annos, ut luceat in fir-
mamento cæli, & illuminent terram. Id apertissime in lu-
na deprehendes, quæ & motu & lumine indies mutatur:
quod quamuis cæteri quoque faciant planetæ, in luna ta-
men hoc clarius, quàm in alijs discere poterit qui libet id
ora. Hancq[ue] admirandam tot cælorum ordinationem ad-
miratus subinde est Iob. Nō est enim quod cogites in eo-
dem orbe lunam esse, in quo sol est, illamq[ue] uno mēse co-

tum percurrere cælum, non secus ac piscis maris recessus permeat. Non sic sane, sed sicut planetæ cæteri, ita suum luna quoque orbem obtinet, qua motum proprium conficit. atque ideo quum in scripturis undique de multis cælis mentio fit, tum uero maxime David: Laudent, inquit, dominum cæli cælorum. Multi ergo sunt cæli, non tamē hic loquor de supremo illo cælo beatitudinis, quod unicum tantum est, sed & de cælorum multitudine plura in præsentiarum dicere supersedimus, quia sicut Sapiens ait: Difficile æstimamus quæ in terra sunt, & quæ in prospectu sunt, inuenimus cū labore. Quæ in cælis sunt autē quis inuestigabit? ut recte nimis anus illa domestica cum Thalete egerit, qui cū nimirū ex cælo penderet, futurorum omnium rationes inde colligens, aliquando etiam domum egressus cōtemplandorum siderum causa, in subiectam fossam incidisset, illa petulanti probro dixit: Quæ ratione quæ in cælis sunt, comprehensurum te arbitraris, qui ea quæ sunt ante oculos, uidere non uales?

Secundo loco profiteor quoque me inficias non ire, deum optimum maximum plurimas & uarias uirtutes, admirandas etiam operationes stellarum simul concreasse, illisque infudisse. Verum ex his paucissimæ homini sunt cognitæ, deoque autori potissimum perspectæ, de quo David canit: Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina uocans. Vera autem rebus singulis nomina à suis imponuntur proprietatibus. Occultas quoque illas stellarum proprietates solus, qui & condidit, cognoscit deus. ideoque ibidem sequitur in Psalmo: Magnus dominus noster & magna uirtus eius, & sapientiæ eius non est numerus. Et quamuis naturaliter philosophi in cōmuni uirtutem non ignorârūt cæli, propriam tamen & particulariter determinatam cuiusque stellæ cognitionem & operationem ueram non agnouerunt, sicut dicit Aristoteles: Ex necessitate mundus iste continuus est superioribus lationibus, ut omnis uirtus ipsius inde gubernetur. Fatetur id ipsum quoque beatus Augustinus, non usquequaq; absurde dici posse, ad solas corporum differentias afflatus quosdam ualere sidereos,

Psal. 148.

Sapi. 9.

Diog. La
er.

Psal. 146.

1. Meteo.

Lib. 5. de
cui. ca. 6.

sicut in solaribus accessibus & decessibus uidemus, etiam ipsius anni tempora uariari: & lunaribus incrementis atque decrementis augeri & minui quædam rerum, sicut echinos & conchas & mirabiles æstus oceani: non autem & animi uoluntates positionibus siderum subdi. Vnde patet, neque ipsum Augustinum sideribus adimere, quod illis causa tribuit naturalis, nec scriptura reuocet sacra. Potest ergo aliquis iuxta cæli lunæque motum profcindere agros, ligna secare ad ædificandum, exhibere cataporia & medicinas, incidere uenam, membra morbida refecare, calculū quæque curare aut excindere, arbores plantare, seminare, uites amputare &c. In omnibus illis & huiusmodi quibusdam alijs possunt agricolæ, hortulani & medici, ceterique tam signa felicitiora, tum motum atterendere lunæ, quæ ferè humidorum domina, corporum quoque imperat incrementis. Ita & Augustinus in epistola

Augustin. ad Ianuarium: Non, inquit, quisquam sapiens arbitretur obseruatores temporum reprehendendos, qui dicunt: Non proficiscar hodie, quia tempestas exorta est &c. Vel si qui forte alij naturales effectus circa motum aeris & humoris ad uariandas temporum qualitates ex siderum ordinatissima cōuersione notati sunt, de quibus dictum est, cum conderentur: Vt sint in signa & tempora & dies & annos.

3. Cum itaque ex illis iam adsignatis rationibus influentia, tam stellarum quæ cæli motus, operationes naturales multas habeat hic in terris, in rebus maxime corporalibus, non male fit utique, si quando quis ex astrologia peritia, uel iudicio rationabili, uel longa experientia aliquid futurum in commune saltem prædicere possit: sicut ex uentis nauæ, ex alijs innumeris signis pastores colligunt & agricolæ, quæ experti sunt ipsi, diuinantes uel aeris uel imminentem futuræ hyemis temperiem. Quomodo Christus ipse apud Mattheum, Facto, inquit, uespere, dicitis, serenum erit, rubicundum est enim cælum. Et mane, hodie tempestas, rutilat enim triste cælum. Huiusmodi sane signa, quorum pleraque describere philosophi, nec illicita sunt neque prohibita. Et sic, si quatuor anni partes non ex sua naturali proprietate sunt dispositæ, facti

Matth. 16

Ita fit, ut hinc corruptus & insalubris sequatur aer, unde morbi prodeunt, defectus & incommoda frugum, pecudum mortes, atque id genus alia mala: ut sic sapientes, & in sua singuli præcellentes arte, prædicere queant quomodo futuris temporibus & annis res habebunt circa segetes, fructus, tempestates, morbos &c.

¶ Et sine dubio qui ueram haberet astrologiæ notitiam, huic illa quoque cognita omnia essent. Verum ut nunc sunt nostri seculi homines & astrologi, plerique errant. Accepta enim alicuius practica, in ea loco pluuie serenitatem tu semper ponito, & conuerso: & elapso anno, totidem aut plures forte dies uidebis te melius adsignasse quam practicum illum. Rationes autem cur isti ita plerunque aberrant, ex multis quædam sunt illæ, id est, quod illam sibi prouinciam sumunt plurimi, in arte illa nec exercitari, nec periti. 2. Quod non intra iustos professionis suæ se limites continent, sed ex temeritate alij, alij etiam per ambitionem plura quàm ars complectitur audent, propheta iamiam futuri, omniaque futura adnunciaturi, ut ab omnibus laudentur, maximique habeantur. 3. Nimum quoque ad particularia descendunt, cum tamen & stellæ & cælum causæ quædam sint uniuersales, influentias quoque tantum habeant uniuersales, sicut eos merito ob id increpat Augustinus. 4. Et quia plurimæ adhuc restant stellæ, quarum influentiæ astrologis sunt incognitæ, fit ut dum illi iudicium ex signo aut stella aliqua sibi colligunt, ignorent tamen an influxus ille per aliud signum uel astrum queat impediri. Et hinc lapsus & error. 5. Quid quod ipsi inter se non concordant astrologi, adeo ut unius stellæ alij alias ponant significaciones: quod uir doctissimus Picus duodecim complexus libris satis docuit, erroresque eorum & implicatissimas retexit diuersitates. Quod uniuersus etiam satis expertus est Christianismus anno gratiæ 1524. cum in

Astrologi
cur fallant.

Augustinus.

Picus.

Annus
1524.

eptos & stolidos, habitationes sibi comparare in montibus, naues conficere, farinam, panes cæteraq; adseruare necessaria. Huiusmodi quædam minabantur pleriq; Italiæ & Galliæ astrologi. Verum imminente tempore, ne imber quidem exiguus comparuit, taceo diluuium. Et si in re tam generali, si in tam magna coniunctione duorum planetarum, in negotio tam apud eos certo & indubitato tam insigniter lapsi sunt, colligere quisq; potest, quid eis dandum sit fidei in alijs rebus, & inferioribus & particularioribus.

4. Et si ex prædictis omnibus manifestum est, posse Christianum citra conscientie sue offensam obseruare sidera, non tamen in ijs quæ sunt liberæ uoluntatis, quasi hic quoq; necessitatis aliquid nobis ingerant, imò in istis obseruanda cuique regula illa est à deo nobis per Sapientem tradita: Deus ab initio constituit hominẽ, & reliquit illum in manu consilij sui, sicut aliàs ad longũ declarabimus. Errant igitur quotquot iuxta significationem siderum oportere omnia contingere homini putant, quasi illa hominem cogent. Quamuis hoc naturaliter concedi potest, quòd magnum pluriminq; sidera habent influxum in corpus, illud alterando, uariasq; tum constitutiones, tum dispositiones in eodem exercendo. & quæ sensibilibus illa animæ uis corporeis utitur membris, secundum quorum naturam & dispositionem ipsa quoque mouetur, & deinceps animæ uirtus illa & potentia intellectualis à sensibili agitatur, admitti id quoq; potest, per accidens saltem & mediate in animã hominis agere stellas, easq; sic hominem uehementer inclinare ad illud quò mouet influxus. Inconcussum tamen hic & firmum manere uolumus, quòd dicitur: Astra inclinant, non necessitant. Quòd & astrologorum omnium princeps Ptolemæus testatur, uerbis quidem diuersis, re tamen & sententia non absimili, dicens: Vir prudens dominabitur astris. Exemplis res hæc non paulo facilius erit & apertior: Si quis uel natura uel influentia cælesti cholericus est, inclinetur iam hoc ipso ad iracundiam, ut sit præceps & celet ad omnia &c.

Luasfici. ¶ Experimur idem in lunaticis, qui cum ad lunam au-

Ecci. 19.

**Uirtus
Stellarum.**

Ptolemæ.

gmenta & decrementa ratione sua priuentur, eò nos exemplo docent, per accidens tantum, quia per corpus, cælum & stellas in animam hominis agere posse: & quæ liberè à deo uoluntati nostræ sunt relicta, nulla posse necessitate astra in nos quocunq; agere impulsu. Et ideo quicunq; stellas, dies etiam expectant & tempora, quibusq; horis matrimoniū contrahant, nuptias agant, emant uendantue, ædificare incipiant, exercitum ducant in aciem, uestibus induantur nouis, peregre proficiscantur, in ædes alias commigrent, aliorum se adiungant societatibus & commercijs, nuncios ablegent, seruos conducant, uenentur, piscentur, atq; huiusmodi alia tum exordiantur, tum exercent negotia, sicut in ijs planetarum dies certos & horas expectent, temeraria id tantū faciunt præsumptione, cultu quodam dæmoniorum, eòq; idololatriæ proximo. Neq; uero inferius illo est uel minus prohibitum, ex hora natiuitatis hominis alicuius, iudicare ea quæ non possunt influere stellæ: puta futurus ne sit ille diues an pauper, doctus aut indoctus, spiritualis uel secularis, coniugem bonam an improbam, liberos etiam habiturus sit paucos siue plures: num collapsurus sit, uulnerè ne saucius an morbo elanguescens, iuuenis item an senex, quoq; mortis sit genere moriturus. Hæc ut sunt comprimis uerita, ita autorem habent diabolum, nobis que se ingerunt ex innato isto curiositatis uitio, quod hæc hereditario more ex Eua contraximus, quæ eodem scelere decepta, nos secum perdidit: ipsaq; seducta fuit, non Adam. Ab Eua itaq; in nos ista uenit leuitas, istaq; peruersa concupiscentia, ut quod dei proprium est, nobis quoque arrogemus, futura nimirum cognoscere: inde diabolus maximis ferè quibusq; adfectum istum incutit, dicens ad eos sicut ad Euam: Eritis sicut dii, scientes bonū & malum. Mera hæc diaboli fallacia est, & magnatum potentumq; seductio: sicut & Cicero testatur astrologos Iulio Cæsari, Pompeio item & Crasso prædixisse, eos bona & confecta ætate, domi, ac in summa quidem gloria morituros. Sed id remere. falsi enim sunt, ut & alij pleriq; principes atq; duces, astrologorum freti iudicio, plurima in fortuna sustinuerunt.

Electis
dierum.

Natiuitates.

Gene. 3.
1. Tim. 26

Gene. 3.

Cicero.

- ¶ Quinto, Nunc tandem scripturas sacras, sanctosq; patres, sed & canonica patrū decreta, quibus omnibus æque superstitiosa ista prohibita est sciētia. Ecce enim per Isaiam dominus ait ad Babylonios: Sta cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuorum, in quibus laborasti ab adolescentia tua, si forte quid profint tibi, aut si possis fieri fortior. defecisti in multitudine consiliorum tuorum. stent & saluent te augures cæli, qui cōtemplabantur sidera (Septuaginta hic interpretati sunt astrologos, meminit Hieronymus) & supputabant menses, ut ex eis annunciarent uentura tibi. ecce facti sunt q̄si stipula, ignis combussit eos, non liberabunt animam suā de manu flammæ. Aut poterāt ne deus apertius manifestiusq; artem istam prohibere, qua tota etiā decepra est Babylonia? ideoq; & per Ieremiam dicit dominus: Iuxta uias gentium nolite dicere, & à signis cæli nolite metuerе, quæ timent gentes, quia leges populorum uanæ sunt.
- Septuag. Hierony. Quæ prophetæ uerba exponens Hieronymus, dicit illū aduersus eos loqui, qui uenerantur cælestia, & quæ in signa sunt posita annorum, temporum, mensium & dierū, ab his æstimant regi genus humanum, & ex causis cælestium terrena moderari. ut iam rectissime dixerit Sapiens: Diuinitio erroris, & auguria mendacia & cætera, (loquitur de prædictione per auguria.) Paulus uero ad Galatas: Dies, inquit, obseruatis & menses & tempora & annos: timeo, ne forte sine causa laborauerim in uobis. Ecce hic faterur Apostolus periculum esse, ne si nimium obseruentur motus cælestes, euangelium sit frustra, sicut & omne genus augurum futurarūq; prædicentium in lege adhuc prohibuit de^o, sicut patet in Deuteronomio & Leuitico. Quid quod gentibus ille Iob iniquitatem maximam, imò & negationem contra deum altissimum esse credidit, nimium soli tribuere & lunæ?
26. q. 2. Hierony. Patrum quoq; decretis idem uehementissime prohibetur, & præcipue in canone: Illos planetarios, uigesima sexta, quæstione secunda, & sunt uerba Augustini dicens de planetarijs, qui de singulis futuris requiruntur, & eos Christiana & uera pietas expellat & damnet. Democritus quoq; in canone, Sed & illud, quæ uerba sunt Hiero-
- Isaię. 47. am dominus ait ad Babylonios: Sta cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuorum, in quibus laborasti ab adolescentia tua, si forte quid profint tibi, aut si possis fieri fortior. defecisti in multitudine consiliorum tuorum. stent & saluent te augures cæli, qui cōtemplabantur sidera (Septuaginta hic interpretati sunt astrologos, meminit Hieronymus) & supputabant menses, ut ex eis annunciarent uentura tibi. ecce facti sunt q̄si stipula, ignis combussit eos, non liberabunt animam suā de manu flammæ. Aut poterāt ne deus apertius manifestiusq; artem istam prohibere, qua tota etiā decepra est Babylonia? ideoq; & per Ieremiam dicit dominus: Iuxta uias gentium nolite dicere, & à signis cæli nolite metuerе, quæ timent gentes, quia leges populorum uanæ sunt.
- Septuag. Hierony. Quæ prophetæ uerba exponens Hieronymus, dicit illū aduersus eos loqui, qui uenerantur cælestia, & quæ in signa sunt posita annorum, temporum, mensium & dierū, ab his æstimant regi genus humanum, & ex causis cælestium terrena moderari. ut iam rectissime dixerit Sapiens: Diuinitio erroris, & auguria mendacia & cætera, (loquitur de prædictione per auguria.) Paulus uero ad Galatas: Dies, inquit, obseruatis & menses & tempora & annos: timeo, ne forte sine causa laborauerim in uobis. Ecce hic faterur Apostolus periculum esse, ne si nimium obseruentur motus cælestes, euangelium sit frustra, sicut & omne genus augurum futurarūq; prædicentium in lege adhuc prohibuit de^o, sicut patet in Deuteronomio & Leuitico. Quid quod gentibus ille Iob iniquitatem maximam, imò & negationem contra deum altissimum esse credidit, nimium soli tribuere & lunæ?
26. q. 2. Hierony. Patrum quoq; decretis idem uehementissime prohibetur, & præcipue in canone: Illos planetarios, uigesima sexta, quæstione secunda, & sunt uerba Augustini dicens de planetarijs, qui de singulis futuris requiruntur, & eos Christiana & uera pietas expellat & damnet. Democritus quoq; in canone, Sed & illud, quæ uerba sunt Hiero-

nymi: Est & illud opprobrium Aegypti, obseruare auguria, nequirere stellarum cursus, & euentus ex ijs futurorum rimari, ceterisque huiusmodi superstitionibus implicari. idololatriæ nanq; mater est Aegyptus, ex qua certum est opprobria huiusmodi pullulare. Præterea Alexander pontifex maximus increpat sacerdotem, qui cum quodam infami locum priuatum accessit, non ea intentione ut uocaret dæmonium, sed ut inspectione astrolabij furrum cuiusdam ecclesiæ posset recuperari: licet proponeret se hoc zelo bono & ex simplicitate fecisse, pontifex tamen illud iudicat grauissimum, eumq; non modicam inde peccati maculam contraxisse. Porro in legibus quoq; non minus prohibita est mathematica C. de maleficis & mathematicis L. artem, non illa quæ in quatuor artes diducitur liberales, easq; & honestissimas & scitu dignissimas, sed ista diuinatrix. Ideoq; Imperator Constantinus L. nemo aruspice C. eo. Nemo, inquit, aruspicem cõsulat aut mathematicum, nemo ariolum. Quapropter quilibet pius & qui uere esse uult Christianus, diuinatores istos & mendacissimos prophetas uirare debet, iuxta diuinas, ecclesiasticas & Imperatorias sanctiones.

¶ Cæterum doctores sancti uno uelut ore omnes, omnibusq; temporibus scientiam illam condemnarunt, quos singulos hic adducere & nimis longum foret, & non parum molestum. Age quosdam tamen & ex innumeris penè, paucos saltem uideamus. Chrysostronus super Mattheum, eos reijciens, dicit Christum artis huius errores & uanitates omnes sua tantum natiuitate dissoluisse. Gregorius Nissenus in libro de fato, similiter refellit & confutat eos, qui ex stellis futura nobis intendunt cõstituere, ipsos que uocat genethliacos. Basilus uero congressione 6. die quarto, postquam uerbis usus fuerat astrologorum uaticinantium, quibus & illi ipsi uti consueuere, subdit: In uerbis huiusmodi magna quidẽ amētia, sed multo maior impietas continetur. Et hæc ex Græcis, ad Latinos uenio, inter quos non postremus Ambrosius: Nonnulli, inquit, natiuitatum tetauerunt exprimere qualitates, qualis futurus sit unusquisq; qui natus sit, cum hoc non solum uanum & inutile quærentibus, sed & impossibile sit promittenti-

c. ex tuarũ
de sortile.

C. de mal.
et mat.

Constant.

Chrysostr.
homilia. 6

Nis. ca. 2.

Basilus.

Ambro. 4.
Hex. c. 4.

- bus. probat hoc multis exemplis, inter alia dicit: Redempti sunt apostoli & congregati ex peccatoribus. nō utiq; natiuitatis suæ hora, sed Christi eos sanctificauit aduentus, & hora dominicæ passionis redemit à morte. Comparat postremo sapiētiam astronomorum telæ araneæ, Sanctus Hieronymus quoq; super Isaiam ait: Isti qui supputant menses, annosq; dinumerant, horarum etiā momenta librantes, futurorum scientiam pollicentur, dicāt tibi quid super te Babylon dominus cogitauerit, illisq; ta centibus, quid uenturū sit prophetarunt. Ecce facti sunt quasi stipula, ignis deuorauit eos, ut qui salutem alijs promittebant, sua ignorabant supplicia. Et deinde super Sophoniam scribens, errorem appellat, scientiam fictitiā, quæ nec ueritatis aliquid habeat, nec solidum fundamentum Sanctus Gregorius in Homilia Epiphaniæ, eundem errorem hæresi adscribit Priscillianistarum, stultitiā uocat, & obijcit eis gemellos istos Esau & Iacob, qui sub eodem sidere nati, per omnem tamen uitam suam in omnibus rebus & operibus fuere dissimilimi, alterq; pessim⁹, alter bonus exiit. Et si de geminis respiciant astrologi, q̄ in uno puncto nec concipiuntur, nec nascantur, ipsaq; adeo sideris constellatio semper immutetur: uicissim eis obijcimus, si tam momentaneo quodam modo per singula puncta tantum mutantur astra, qua tandem ipsi solertia possint punctum illud certum inquirere? quod cū nesciant, simul etiam iudicium constitutum de pueri natiuitate ferre non possunt.
- ¶ Sed iam penē Augustinum præterieram, qui subinde in plurimis locis eosdem ualidissime reijcit, ac præcipue in libr. de quæst. noui & ueteris testamenti, ubi dicit: Nihil tam cōtra Christianos, quàm si arte matheseos adhibeant curam. hæc enim inimica dignoscitur legi dei, hanc ipsam astutia & subtilitas inuenit diaboli. Deinde hortatur omnes homines cauere sibi ab hac arte, quæ eos sollicitos tantum facit, suspensosq; tener, ut quæ sunt incerta expectent. Sed & toto libro 5. de ciuitate dei, & libro 2. super Genesim, & lib. confessionum earum reijcit, atque in 2. de doctrina Christiana ca. 21. sic inquit: Genethliaci quamuis ueram stellarū positionem, cum quisq;
- Hierony.**
- Soph. 1.**
- Gregori.**
- Gemini.**
- Augustin.**
- Lib. 3. c. 18**
- Lib. 4.**

nascitur confectentur, & aliquando etiam peruestigent, tamen quod inde conantur uel actiones nostras, uel actionum euenta prædicere, nimis errant, & uendunt imperitis hominibus miserabilem seruitutem. Et capite uicesimosæcundo: Ex hac notari de uelle nascitur mores, actus, euenta prædicere, magnus error & magna dementia est. Deinceps concludendo caput, dicit: Opiniones istæ quibusdam rerum signis humana præsumptione institutis, ad eadem illa quasi quædam cum dæmonibus pacta & cõuenta referendæ sunt. Capite uero 23. sic ait: Omnes huiusmodi artes uel nugatorix uel noxiæ superstitionis, ex quadam pestifera societate hominum quasi pacta infidelis & dolosæ amicitix constituta, penitus sunt repudianda & fugienda Christiano. Idem quoque in homilia 6. de Epiphania, uocat hanc artem stultitiam sacrilegam & indoctam, in qua uani homines de genituris hominũ quædam opinantur loquuntur. Quid quod sanctissimus ille martyr Sebastianus coram Cromatio præfecto Romano, uas illam planetariorum ualidissime confutauit scientiam: neque id tantum, illum insuper sanare noluit, nisi cõfracto astrolabio, indicaret quàm esset ars ista inertissima deo & aduersa & plane contraria.

¶ Neque uero desunt, qui obganniant & oblatrent subinde, ut ut scientia hæc contemnatur, fieri tamen multa quæ prædicunt astrologi, ut iam illa non sit omnino uel nulla, uel inutilis. His ergo respondeo, artem hoc ipso nõ probari, quod illi nõnunquam aliquid uere prædicunt, quamuis id quoque implicate nimis, magisque obscure, quàm ueteres sua proponebant oracula. Iam enim dicunt, periculum esse, ne quod hæc minantur astra, hoc uel illo modo eueniat, nisi propiciũ aliquod, siue Iouis siue Veneris sidus impediatur. Alias uero dicunt, hæc & id genus alia quædam euentura, ita ut semper queant in utranque partem torquere, quod prænunciant. Itaque credi ideo arti oportere, quod alicubi quod ipsi prædixere eueuerit, & periculosum est, & plane nihil, id enim ex sacris literis constat, ubi de pseudopropheta dicit dñs: Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somniũ uidisse se dicat, & prædixerit signũ atque portentiũ, & eueuerit quod locutus est & dixerit tibi,

S. Sebastianus.

Astrologi quomodo uere prædicant.

Deut. 13.

Eamus & sequamur deos alienos quos ignoras, & seruiamus eis, non audias uerba prophetæ illius & somnatoris, quia tētat uos dominus deus uester, ut palam fiat utrū diligatis eū an nō, in toto corde & in tota anima uestra. Ecce hic deus permittit etiā pseudopphetam seductorem prædicere futura. Quare id? En causa quoq; adiūcta est, cur deus iuxta eorum prædictiōes quædam sinat euenire, ut nimirum sic comprobet deus, quisnam fidē uerā & charitatem erga ipsum habeat. siquidem pijs & cōstantes Christiani in nullo mouētur, etiam si diuinator aliquis semel atq; iterum quippiam uere prædixerit, & uicissim in alijs centum aberrārit, ut fidē illi præbeat aduersus diuinas, pontificias & Cæsareas leges. Aliam adhuc rationem reddit Augustinus, unde fiat q̄ inter tot mendacia

Augustin. nōnunquam aliquid uere uaticinētur, dicens id fieri astutia & calliditate diabolica, atq; hoc gemina uia. Altera, quoniam ex intellectus sui subtilitate, longaq; experientia quæ futura sunt, prænoscit: idq; dum alicui cultorum suorum inspirat, huic aut alteri stellę attribuit. Altera uero, ut si maxime quod futurum est, ignōret diabolus, diuinator iste tamē ex seipso uel etiam dæmonis instinctu illud prædicat euenturum, omnem tūc mouet lapidem, nec quicquam relinquit intētatum diabolus, quantum ei permissum est à deo, ut procuraret istud fieri, quod suos Genethliacus prædixit, & ita facilius homines eo adducat, ut huic arti credant, per quam & seducantur.

¶ Sequitur hinc periculosum esse, aliquem uel sibi uel filio suo natiuitatem facere cōscribi aut iudicium quodcunq; plerunq; enim aliquid hic mali latet, quod si etiam alijs nō eueniret, tamen iam prædictum est, quia omnib; uiribus diabolus laborat ut fiat, & sic arti suæ qualiscunq; fides pareretur. fit autem hoc iusto plane iudicio, ut qui deo parere recusabat & magistratui, semet Genethliaco uendens homini temerario, in geminum incidat malū: alterum, quod imminentis & quod ipse præsciat incommodi perpetua cura torquetur, quod eueniens etiam iam sustinendum adhuc est quouis modo. Quisquis igitur sibi probe cauerit, is optime fecerit. Et hæc quidem super p̄posita materia dicta sufficiant. Verum adhuc duo paucissimè

mis adiciamus pro admonitione cuiuslibet probi Christi-
ano: Prius hoc, Quoniam cum futurorum prænotio ni-
hil plane est, etiam ea quæ ex astrologia (uidetur autem
illa plus habere & fidei & autoritatis) pender, multo mi-
nus tribuendum est cæteris perditissimis uetulis, furtijs &
sagis, chiromanticis item, geomanticis, & id genus simili-
bus nugarioribus, præstigias suas uel crystallo, uel mem-
brana uirginea, uel sedili quercino, uel pallio &c. exercē-
tibus, uel etiam per imagines fusiles, per schedas uarijs si-
gnis & characteribus inscriptas, per nomina quædam ad-
miranda & inaudita, per fossas subterraneas, aut sub limi-
nibus foribusq; ædium paratas, per manum sinistra hoc
uel alio modo positam, per pilos aut sanguinē: & quod
demum impium est, si huiusmodi quiddam sacris subiicia-
tur altaribus seu altarium tegumentis, ut sic super illo
certus Missarum numerus legatur in extremam dei sacra-
mentorum ignominiam. Fuerit itaq; illud ministrorum
ecclesiæ, subinde circumspicere in angarijs & kalendis Ia-
nuarijs maxime non huiusmodi quiddam sub aris sit re-
conditum. Omnes em istæ maligni hostis fraudes & uer-
sutiæ longe fugiendæ sunt, siquidē earum is unicus ma-
chinator est & autor, parans & instituens illas in periti-
onem hominum, & in ignominiam dei omnipotentis.
Possem de singulis dicere copiosius, uerum id parum p-
suerit, imò oberit plurimū, cum sit periculum, ne forte
qui pusillanimes sunt & simplices ac infirmi, offendā-
tur. Satis sit interim illud coronidis loco adijcere, nō pri-
uatos tantum homines qui huiusmodi oblectantur præ-
stigijs, parum aut nihil habere felicitatis, sed & magna-
tes ac principes, qui multis gaudent sibi erectis natiuita-
tibus, minimum habere & fortunæ & uictoriæ.

¶ Posterius illud, quod supra nos addituros recepim⁹, *Augustin.*
hoc est, quod hic etiam cōmemorat beat⁹ Augustinus, se
libros combussisse genethliacos, idemq; esse factum tem-
poribus apostolorum, sicut & Gelasius papa fecit anno
domini quadringentesimo sexagesimo nono. Quibus
modis autem libri temporibus apostolorum sint exusti,
Lucas testatur, sic inquit: Multi qui fuerant curiosa se- *Actus. 19.*
ctati, contulerunt libros & combusserunt eos corā omni

L. dñato
 C. de here
 L. quicūq;
 C. de here
 II.

bus: & computatis precijs illorum, inuenerunt pecuniam
 denariorum quinquaginta millium. Sed & Theodosius
 statuit hæreticorum libros diligenter & inquirendos ef
 se, & publice exurendos. & Valentinus quoq; & Martia-
 nus ita constituerunt: Vltimo supplicio coërceantur, qui
 illicita docere tentauerint. Omnes uero huiusmodi char
 tæ ac libri, qui funestum & hæreticum complexi fuerint
 dogma, incendio concrementur. Hæc eo lubentius indi
 co, quod quia & per pontificem maximum & Catholicū
 nostrum Imperatorem Carolum quintum, iustissimis &
 mandatis & commissionibus hæreticorum libri sunt cō
 busti: idq; qui iniquum putârunt esse, nunc uideant adeo
 illud esse æquum, ut & sanctis patribus & sanctissimis no
 stris præceptoribus sit usurpatum apostolis

¶ Ex omnibus iam supra indicatis rationibus constat,
 nos non debere, quod ad liberi arbitrii nostri attinet o
 pera, ullâ dare fidem stellarum planetarumq; regimini.
 neq; enim illuc, sed ad mandata sua nos deus ire iussit cō
 sulatum, quæ nobis uolūtatis suæ certissima sunt signa.
 Vanum itaq; fuerit & Christiano homine indignum, in
 his rebus credere quæ asseruerunt Albumasar, Bonatus,
 Maternus Firmicus, Aben Ezra, Messahala, Alcabitius,
 Alboasar, Haliabenragel Baco, Aponeñ. & nō potius qd
 ueritas ipsa dixit, Si uis uitam æternam ingredi, serua
 mandata. Non est quod tam quæras, quem quilibet pla
 neta gradum, quodq; signum occupet, quàm sollicitus sis
 ut in omni tempore quod bonum est opereris. Nunc em̄
 (quod & olim suo seculo Paulus uere dixit) tempus est ac
 ceptabile, nunc dies salutis. Profecto enim si nos illud hic
 in omni pietate fecerimus, deus uicissim nobis & hic gra
 tiam dabit, & post hanc uitam nos supra solem, lunam
 & stellas omnes eleuabit in gloriam sempiternam, quam
 uobis unâ mecum concedat pater, filius & spiritus sc̄tus.

HOMILIA QUARTA

Dominicæ secundæ ab Epi

phania Domini.

Cum essent iam nuptiæ in Chana Galilææ, inuira-
 tus est ad eas & Christus cum discipulis suis. ibi
 cum indicante Maria defectum uini domino, ipso
 que respondente horam nondum uenisse suam, nihil ta-
 men illa commota, ministros iussit quicquid imperaret
 ille, facere diligenter, intelligens utiq; eum nihil ex duri-
 tie aut amarulentia dixisse, dum exaudire ipsam recusa-
 ret, sed ut defectus ille uini pateret omnibus. Ita colligen-
 te hoc ipsum ex uerbis domini Chrysofomo, Nondum
 uenit hora mea, id est, nondum cognitus sum præsentibus,
 nõdũ sciunt utnum deesse, sine id primũ intelligant,
 satis non est quod sola referas, mater es & suspiciosum
 miraculum faceres, oportet indigētes rogent. Quid mul-
 ta: rogari uult & quidem indefinenter deus, quod uel so-
 la suo nobis declarat exemplo mulier Chananæa, quæ
 dum oraret pro filia, nec tantum exaudire eam primũ
 dedignaretur dominus, uerum insuper uerbis ipsam du-
 ris increparet, dicens bonũ nõ esse, sumptũ panem filio-
 rum dare canibus. illa tamen pertinaciter instaret, inte-
 rim magna & conitanti non desinens orare fiducia, ex-
 audita est tandem. Si quidem non semper statim exaudit
 orantem deus: sed interdum quod petitur differt, sicut
 hic. Quæ sane Christi uerba prima fronte uidentur esse
 dura, Quid mihi & tibi est mulier? Nouerat illa tamen
 animi filij sui mirissimam benignitatem, nouerat etiam
 quod omnis qui spem suam & consolationem reponit
 in deo, certum solatium suæq; petitionis impetrabit effe-
 ctum, sicut de Susanna Daniel inquit: Erat cor eius fidu-
 tiam habens in domino, & exaudiuit dominus uocem
 eius. Quomodo David quoq; cecinit, Iunior fui, etenim
 senui, & nõ uidi iustum derelictum, scilicet in finem, nec
 semen eius querens panem. Conuertit enim ille aquam
 tribulationis in uinum consolationis & solatiij: qua de re
 egregium habet prouerbiũ Sapiens, Respicite filij na-
 tiones hominum, & scitote quia nullus sperauit in do-
 mino, & confusus est. Quis enim permanfit in manda-
 tis eius, & derelictus est? Aut quis inuocauit eum, & de-
 spexit illum? Sciebat hoc ita esse sanctissima uirgo, ideoq;
 seruis cõmissit, ut quicquid iuberet dominus facerent illi.

Chrysof.

Matth. 15

Daniel. 13

Psalm. 36.

Eccles. 2.

Et merito quidem id ita seruis commisit Maria, ueluti certa de eo quod facturus esset Christus, in nullo eā derelicturus, quoniam in nullo sacrarum literarum loco cōperimus illum quicquam denegasse matri.

Interces- ¶ Unde discendum est cuiq; Christiano, quæ sit Mariæ
sio Mariæ clementia & quàm mirissimus in intercedendo pro hūano genere adfectus, cui quando nihil negauit in terris ad huc uiuenti filius, quæ fuerit impudentia dicere, eum illi in æternam iam adsumptæ beatitudinem aliquid denegare? Errant igitur neochristiani, dum reijcere sanctissimæ illius uirginis diuorumq; omnium conantur intercessionem, semet tanta consolatione, nescio temere ne magis an impie priuantes. At nos contra sequentes sanctam matrem ecclesiam, clamamus subinde, dicentes: Eia aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos cōuerte, & Iesum benedictum fructū uentris tui nobis post hoc exilium ostende.

¶ Disce deinde hinc quisquis es, qui pietatis amas studium, domino Iesu obedire. siquidem hic Maria in istis seruis mihi, tibi, nobisq; Christianis omnibus imperauit demandauitq; ut quicquid nos ih̄c facere iusserit, faciamus sedulo. Eodem fere exemplo, quo nobis pater celestis præcepit post baptismum Christi, dicens: Hic est filius meus dilectus, in q̄ mihi cōplacui, ipsum audite. Et o bea tam animam, quæ uocem Christi audit simul & sequit̄.

Matth. 3 2, ¶ Porro iam sequenter dicit euangelista, Erant ibi
et 17. lapideæ hydriæ sex positæ, secundum purificationē Iudæorum, capientes singulæ metretas binas uel ternas. Mos hic Iudæorum fuit perpetuus, ut subinde se abluerent. facile enim polluebantur. itaq; in promptu semper eos oportebat habere aquam qua purgarentur rursus. Quasdam autem ex illis etiam ex lege habebant purificationes, sicut ex Deuteronomio, Exodo & Leuitico liquet. Quasdam uero ipsi sibi adsumpserant omni tempore, idq; ex traditione scribarum, seniorum & legis doctorum. Id adeo Marcus etiam testatur, sic scribens: Pharisei & omnes Iudæi, nisi crebro lauerint manus, non manducant, tenentes traditionem seniorum. Et à foro uenientes, nisi baptizentur, non comedunt. Et alia multa sunt

Dent. 23.
Leuit. 13
et. 15.
Marc. 7.

quæ tradita sunt illis seruare, baptismara calicum & ur-
 ceorum & æra mentorum & lectorum. Ad eundem nero
 modum Paulus id ipsum quoq; commemorat, ad Hebræ-
 os inquit: In uarijs baptismatibus. Cum itaq; tantum *Heb. 9.*
 & lotionum & purgationū penes Iudæos erat, decebat
 plurimum aquæ ad huiusmodi purificationes esse necessa-
 rium, ideoq; in hunc usum parata illa hic adseruabatur,
 testante id quoq; Chrysofomo, quod cum Palæstina in-
 opia aquarum laboret (rari enim in ea fontes scaturiunt) *Chrysof.*
 hydriæ illæ aquæ semper plenæ seruabantur. Sed neq; te-
 mere, eodem autore, dictum est, secundum purificationē *Chrysof.*
 Iudæorum, ne quis in fidelium suspicari posset, aliquo for-
 tasse crassiore uino in eis residere, deinde infusa aqua lym-
 pidissimum uinum factum. Quare illa particula, secundū
 purificationem Iudæorum, nunquam in ijs uinum fuisse
 ostendit. Verum hoc etiam miraculo non parum erat ac-
 commodum, quod hydriæ illæ fuerunt sex, & hæ quoq;
 iustæ magnitudinis, siquidem una earum metretas duas
 aut tres capiebat, nostri utiq; seculi quinas uel senas, sic-
 ut adhuc & illa Colonia cernitur hydria apud sanctam
 Ursulā, & altera Romæ. Nam si Christus in amphora aliq;
 exigua minusq; capaci aquā mutasset ī uinū, suspicio esse
 poterat, ne forte uinū illud tātulū alicunde esset clā inge-
 sītū, qd ipsum in tanta uini copia suspicari nemo potuit.
 Quis decebat in hunc usum Iudæos quoq; nō parū, sed
 q̄ plurimū uini adhibere, quod esset illa eorum consuetu-
 do non omnino mala in quibusdam, ut si quis uel lepro-
 sum attigisset, uel cadauer hominis brutiue demortui, si
 quis etiam cū muliere rem habuisset, & id genus alia mul-
 ta, in quibus si se aliquis polluisset, ablueretur rursus.

3. ¶ Iam nūc dñs dicit ad seruos, Implete hydrias aqua.
 unde colligitur eas iam aqua fuisse euacuatas, ut sic Chri-
 stus rursus impleri iuberet, iamq; impletæ adferri archi-
 triclino. Chrysofomus hic quærit, quam gratia Chri-
 stus antequam implerentur, non fecit miraculum, quod *Chrysof.*
 longe fuisset admirabilius: perfectius etiam indicasset ei⁹
 diuinitatem, cum deus omnia ex nihilo creauerit. Respō-
 det, Aliud est subiectæ materiæ qualitatem mutare: ali-
 ud, ipsam substantiam ex nihilo facere. hoc profecto mi-

rabilius, non tamen ita credibile, & qd tam facile potuisset multitudini persuaderi: hac gratia miraculorum nō nunquam multitudinem consulto imminuit, ut facilius crederetur. Equidem sane crediderim maleuolos istos facilius tunc potuisse miraculum istud reprehendere & calumniari, unde tandem uinum istud in aquas deuenisset. Hinc etiā alia causa promanat, quod nō ipse hydrias impleuit, nam si maxime hic fuissent qui miraculum cauillari uellent, ministri qui aquam hauserant, testari quoq; poterant, nec dolum subesse nec fraudem, sed nec magicū quicquam hic usurpatum. Quæ ratio est quoq; cur suorum magnitudinem miraculorum Christus quandoq; imminuerit ipse, ut nimirum & facilius & citius crederentur.

Manichei Accedere potest tertio loco & illa causa, ut hic corruerēt hæretici isti Manichæi, Valentiniani, Marcionitæ, & Cerdoniani, qui duo posuerunt principia bonorum & malorum, aliumq; uisibilis huius mundi, alium uero inuisibilis conditorē. Impiam istam hæresim ut refelleret Christus, in miraculis suis rebus usus est etiam uisibilibus, sicut hic aqua. Profecto enim si alius agnam cōdidisset creator deo contrarius, non usus uirgine fuisset ulla aliena creatura ad diuinæ suæ uirtutis declarationem. Verū hoc modo usum ē deo sese exhibere, ut simul doceret, & unū esse deum, & eundem cæli, terræ creatorem, omniumq; creaturarum. Monstraret etiam se esse illum qui uices humectat, qui aquam pluuiatilem per radices uitis in uinum uertit, nisi quod idipsum quod tempore paulo longiore faciat in incremento uitium, hoc momentaneo quodam modo hic fecit idem ille opifex in nuptiis. Super quibus pulcherrime ut omnia, contemplatur beatus Augustin⁹,

Augusti. dicens: Quis est qui considerat opera dei, quibus regitur & administratur totus hic mundus, & non obstupescit, obruiturq; miraculis? ipse enim fecit uinum in illo die in nuptiis in sex illis hydriis, qui omni anno hoc facit in uitis. Sicut enim quod miserunt ministri in hydrias, in uinum cōuersum est opere domini: sic & quod nubes fundunt, in uinum conuertitur eiusdem opere domini. illud autem non miramur, quia omni anno fit, assiduitate amittit admirationem, Ecce etiam quod Lazarum suscitauit

Christus à morte, nonne mirum est apud omnes? & tamen quotidie nasci, qui prius nihil fuerat, quotusquisque est qui miretur?

4. ¶ Haurire deinceps iubet dominus ministros & ferre architriclino: qui cum gustasset aquam uinum factam, nesciuit unde esset. Nemo, inquit hic Chrysostratus in conuiujs huiusmodi munia maxime sobrijs & temperantibus demandari, quorum solum officium est, ut debito ordine & apparatu omnia dispensentur. Architriclinum tamen sunt qui interpretentur eum hic intelligi, qui hospitem omnium fuerit & summus & præcipuus, ideoque supremo loco residens, nec id immerito, siquidem presbyter fuerit ut plurimum, qui non benedixerit tantum omnia, sed & illos iuxta traditionem seniorum erudierit, quod hic post Alcuinum Beda quoque commemorat. Qui mos apud quosdam etiam nostro seculo non omnino exoleuit, ut contracturi matrimonium & nuptias instructuri, presbyterum quoque aduocent. Vt ut tamen hoc habeat, satis est Christum quod ex aqua iamã fecerat uinum, architriclinum misisse, siue ille tandem archimagirus, siue ex hospitibus primus fuerit, is gustato uino, sensit illud esse nobilissimum. Vbi sane est quod miremur, Christum, qui in hoc uenerat in mundum istum, ut homines mundi uoluptatem doceret contemnere, tantum tamen humanæ tribuisse infirmitati, ut conuiuium illud optimo etiam uino exhilararet.

¶ Verum hic alia rursus exoritur quaestio, quibus tandem uerbis Christus ex aqua uinum fecerit, aut num sine omni alicuius uerbi prolatione miraculum operatus sit tantum. Ad hoc responderi primum potest, usus ne sit ille aliquo uerbo, sciri non posse. Siquidem non omnia sunt scripta, credendum tamen esse magis, miraculum istud, sine ullo uerbo sola sua uoluntate diuina Christum esse operatum. Omnis enim creatura pure in obediẽtia consistit diuina, ita ut de & cum ea fiat, quicquid diuinae illius placitum fuerit uoluntati. Quomodo Dauid dicit: Oia quaecumque uoluit dominus, fecit in caelo, terra, mari & in oib⁹ abyssis. At cur in hoc miraculo sola sit uoluntate, & in plerisque alijs nunc uerbo, nunc ope, aliàs etiã à fletu &

Chrysostratus

Architriclinus.

Johan. 2. 13

Psalm. 134

lachrymis sibi non temperârit, ratio reddi poterit huiusmodi, quoniam miraculum illud in lætitiâ tantum exhibitum est & exhilarationem conuiuarû, cum interim cætera ad hominum operatus sit necessitatem: in quibus ille, quamuis & ipsa potuisset sola sua facere uoluntate diuina, uerbis usus est, declaraturus per hoc, esse quippiam in eis suæ operationi contrarium, scilicet peccatum.

- Hierony.** Omnia enim quæ patimur, ob demerita & culpam nostram patimur, ut ait beatus Hieronymus. & nisi peccasset Adam in paradiso, nec illum ignis ussisset, nec demersum perdidisset aqua, nec aër infecisset, neque ei animal noxium aliquod nocuisset, nec uulnerassent arma, nec aliquod offendisset genus morborum, ut constans habet sententia Augustini, Isidori, aliorumque doctorum, adeo ut Paulus dixerit ad Romanos: Corpus mortuum est propter peccatum. Et cum defectus omnes in humanû genus ex peccato irruerint, qd Christus miraculis suis uenit adimere, merito uerbis quoq; ad ea ueniuit, & nō raro ob significationem operibus etiam, sicuti in cæco, cui uisum restituens factus est sicuti luto, liniuit oculos, & cum surdo, cuius aures tetigit expuens. Quæ sane quid sibi uelint, suis singula locis per sanctos patres egregie est explicatum. Quamuis ergo hæc omnia penitus ex uoluntate diuina pendeant, tamen in hoc præcipue miraculo immensa quædam exhibita est gratia dei, quam uelut in spiritu præuidens Dauid, dixit: Qui miseretur omnibus iniquitatibus tuis, & sanat omnes infirmitates suas. Poterit hic alia adhuc causa dari, qd Christus in hoc primo suo miraculo euidentius declarare uoluerit filium esse se cōditoris omnium creaturarû, ut sic sibi uisus pârât officium diuinum, sola sua uoluntate operandi.
5. ¶ Quando postea sequitur, increbuisse miraculum ipsum adeo illud rescuuisse architriclinum, & proinde ex postulasse cum sponso, qd uinum istud ad ultimas conuiuij partes reseruasset, quæres forte, cur ille non ministros potius, qui uinum attulerât, interrogârit, ut sic miraculum manifestatum magis fuisset. Et hic responderi poterit, nescisse eum, quid aut quō acta res hæc tota esset,
- Chrystost.** ideoq; sponsum interrogasse merito, unde illud adeo nō

bile uinum aduenerit. Atq; id quidem Christus ipse sic fieri uoluit, ut ita lente & pedetentim miraculi sui uirtus agnosceretur. Sed & si per ministros miraculi huius fama dispersa primum esset, non tantum fides eis habita non fuisset, sed & dici ab alijs poterat, insanos esse eos, qui miraculum tantum adscriberent, acceptumq; ferrent domino adhuc & ignoto & contempto. Verisimile est etiam, neq; male creditur, hoc miraculo comotum esse istum Regulum, cuius filius decumbebat ægtotus, ut ad dominum ueniret, filioq; suo ex illo sanitatem impetraret.

Johan. 4.

¶ Deinde, cum iam & serui testimonium dedissent, aquam hausisse se, & ipse quoq; architriclinus, ex illa uinum factum, notandum est adhuc uinum hoc fuisse optimum, ut sic non immerito architriclinus cum stupore quodam irasceretur sponso, qd istud seruasset usq; ad conuiuii finem. Rationem reddit Chrysoströmus, qd eiusmodi fuerint Christi miracula, ut quæ natura perfecta sunt, longe pulchriora melioraq; reddantur, ipsaq; adeo membra distorraq; quam sana erant, validiora faceret. ita enim cæci quibus uisum dominus restituit, acutius cæteris cernebāt, & sic de similibus, atq; hic etiam cum uino actum, quod architriclinus & sponso testatur. Sunt quoq; qui uelint Christum ob euidentioremi primi huius miraculi declarationem ex aqua uinum fecisse rubeum, quod ut est per se admirandum magis, ita Ecclesiastica firmatur auctoritate, si quidem non temere canit Ecclesia: Aqua rubescunt hydriæ, uinumq; iussa fundere, mutauit usda originem.

Chrysostr.

Ecclesia.

¶ At iam nunc postremo, ueluti coronidis loco adiciamus pulcherrima illa & præclara Hilarij uerba: Nuptiarum die uinum in Chana Galilææ ex aqua factum est. nūquid cōsequitur aut sermo noster aut sensus, quibus modis natura demutata sit, ut aquæ simplicitas defecerit, & uini sapor natus sit? Non permixtio fuit, sed creatio: & creatio non à se cœpta, sed ex alio in aliud existens: non per transfusionem potioris obtinetur quod infirmum est, sed aboletur quod erat: & quod non erat, cœpit. Sponso tristis est, familia turbatur, solennitas nuptialis conuiuii periclitatur. Iesus rogatus non exurgit aut instat, sed qui escentis eius hoc opus est. Aqua hydrijs infunditur, uinum

Lib. 2. de trini.

Corpus simplex fit mixtum.

calicibus hauritur, infundentis scientiæ sensus non conuenit haurientis. Qui infuderunt, hauriri aquam existimant: qui hauriunt, uinum infusum arbitrantur. tempus quod in medio est, non sufficit ut liquoris natura & nascatur & pereat. Ratio facti, & uisum frustratur & sensum, uirtus tamen dei in ijs quæ sunt gesta, sentitur. Rogemus dominum &c. Amen

HOMILIA QUINTA

Dominica secundæ post Epiphaniã Domini.

Evangeliu[m] istud iuxta literam ut mirabile est, ita gaudio lætitiæq[ue] plenissimum, cum audimus Christum non tantum nuptias præsentia sua cohonestasse, sed & hospites nouo miraculo optimoq[ue] uino exhilarasse. Verum si spiritum & mysticum illum spectes intellectum, quem hic sane quærere & eruere debemus, est quod magis multo miremur in hoc euangelio. sic inquisierunt cum ueteres nouiq[ue] doctores omnes, præcipue uero Augustinus, Beda & Bernardus. Nos igitur pauca quædam nunc quoq[ue] super hoc excerpamus. at illud & facilius queamus adiutorio dei præstare, uos quoq[ue] diuinum implorare auxilium, & sicut pro Paulo Colossenses, ita pro me deum orate, ut deus aperiat nobis ostium sermonis, ad loquendum mysteria & arcana Christi, ut manifestem illud ita ut oportet me loqui. Dicatis ergo, Pater noster, Aue Maria.

¶ Quando iam ex Christo dari nobis loquendi gratiam orauimus, age nunc rem ipsam adgrediamur. Principio itaque nuptias dicimus spirituales illas significare nuptias, quas cum sponsa sua Christus instituit. id adeo ex Matthæo collectu facillimum est, quando dicit: *Simile est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Quod ipsum de Christo David quoq[ue] præuidit in spiritu, inquit: Sicut sponsus procedens de thalamo suo, hoc est, ex utero uirginis, in quo requieuit septimanas trigintanouem, dies duos. Qui cum uero Christus nuptias facit, non eodem undiq[ue] modo in scripturis inuenitur. siquidem illa Christi sponsa & humanitas ipsius*

Matth. 22.

Psalm. 118.

esse potest, & fidelis cuiusq; hominis anima, & tota demū ecclesia catholica. Nos cæteris hic omiſſis, illas tantum proſequemur nuptias, quas cum ecclesia fecit. Eam autem eſſe Chriſto deſponſatam, nonne ſatis magnus tibi teſtis eſt Paulus, cum ait: Viri, diligite uxores ueſtras, ſicut Chriſtus dilexit eccleſiam? & deinceps, Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & eccleſia. Chriſtus relicta matre ſua ſynagoga, Eccleſiæ adhæſit catholici, quam ex omnibus gentibus congregauerat, quantumuis ſecundum carnem ex Iudæis tantum natus. Sed & patre relicto, adhæſit eidem, patre inquam illo ſuo cæleſti, non tamen ab eo, uel eius diuina recedens ſubſtantia: ſed ita, quod non ea qua æqualis erat æterno patri, forma hominibus apparuerit, ut inquit Paulus: Ille cum in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens.

¶ Hæc illa ſponſa quamuis nigra fuerit & deformis, cæcitaris & idololatriæ plena, adeo ut & Iudæi ſuper hoc murmurarent, & ipſe quoque Petrus illam ex gentibus collectam, Chriſtum non pertinere putaret. Quo exemplo & ueluti exemplo, Aaron quoque & Maria aduerſus Moyſen murmurârunt, quæ uxorem duxiſſet Aethiopiſſam. Eodem enim plane modo Iudæi quoque primum murmurârunt contra gentes, quæ in tantis tamque execrâdis ſceleribus tandiu iacentes penè perierant, quod multis exaggerat Paulus. Chriſtus tamen iſtam peccati contractâ nigredinem illi depellere potuit, ut ait Paulus: Chriſtus dilexit eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, ut illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ, ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, ſed ut ſit ſancta & immaculata. Habemus itaque hoc modo explicatum ſponſum cum ſponſa. Potes etiam huc adducere hiſtoriam Samſonis & coniugii eius, & illud myſtice applicare, uel hiſtoriam de Dauid, quæ duxit Abiſaag Sunamitæ.

2. ¶ Sed neque hoc myſterio caret, quæ in Chana Galilææ nuptiæ iſtæ factæ leguntur, Chriſti inquam & eccleſiæ. Chana enim in noſtræ linguæ idiomate idem eſt quod zelus, amor ardens & uehemens, aliâs etiâ bonorum ſiue acq̄ſitionem.

Uide dominica 20 post pentecost.

Ephes. 5.

Sene. 2.

Philip. 2.

Num. 12.

Roma. 8.

Ephes. 5.

Judic. 14.

3. Reg. 1.

Chana.

Psalm. 68.

siue possessionem significat. Galilæa uero terminus seu limes dicitur, quo regiones tum discernuntur, tum inter se cōiunguntur. Quæ omnia ad mysticā hanc faciunt spiritualium nuptiarum interpretationem. siquidem illæ factæ sunt in Chana, hoc est, zelo quem Christus habet erga ecclesiam suam, adeo ut semetipsum in mortem traderet, illam sanctificaturus, sicut iam ex Paulo adduximus.

Eph. 5.

An non putas charitatem illam dei erga genus humanū fuisse longe maximam, quod ille humilitate tanta se demiserit propter ecclesiam catholicam? Testatur illud Christi ipse apud Iohannem, sic dicens Nicodemo: Ita deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis

Iohan. 3.

qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam æternā. Vehemens hic zelus, & gratia dei magna erga genus humanum, ut Paulus quoque non male agnouit, ad Corinthios sic scribens: Scitis gratiam domini nostri Iesu Christi, quoniam propter uos egenus factus est, cum esset diues, ut illius inopia uos diuites essetis. Eandem hanc causam per prophetam quoque Ieremiam proponit dominus, dicens: In charitate perpetua dilexi te, pro eo attraxi te miserans. Et hæc illa est charitatis uirtus, quæ matrimonium istud contraxit. Vnde sanctus Bernardus: Si, inquit, deus

1. Cor. 8.

hominem non diligeret, filius dei pro eo non moreretur. Sunt ergo nuptiæ istæ factæ in Chana, hoc est, in frequenti charitate & zelo. Verum si alteram quoque illius spectemus interpretationem, iterum ad nostras has spirituales nuptias & ipsa non male quadrabit, cum emptionem seu redemptionem, uel etiam acquisitionem aut possessionem uerterimus. Christus enim est qui nos redemit, & rursus

Iere. 31.

acquirit e potestate mortis & diaboli ereptos, sicut de eo Paulus inquit ad Titum: Qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate. Et Iohannes quoque: Dignus es domine aperire librum & soluere signacula eius, quoniam occisus es, & redemisti nos in sanguine tuo ex omni tribu & lingua & populo & natione. Sed

Bernar.

quid multis hic immoramur, cum tota undique scriptura plenissima sit, quam magno nos ille precio redemerit sanguinis mortisque suæ, quamque nos & acquiescerit & possederit nimirum cara mercede, adeo ut hinc recte appellemur

Tit. 2.

Apo. 5.

derit nimirum cara mercede, adeo ut hinc recte appellemur

à Petro populus acquisitionis: unde & Paulus diligenter nos admonet, dicens: Attendite uobis & uniuerso gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos, regere ecclesiam dei, quam acquisiuit sanguine suo. Verum cur Chana in Galilæa posita est: eo nimirum, quòd charitas cum uerus ille terminus sit, fixus quoq; & immotus planeq; nulli cõcedens, bonorum simul & malorum, filios lucis separans à filijs damnationis. charitatem hãc quisquis habet, ad ciuitatem dei pertinet; illam qui non habet, iam iam in ciuitate diaboli est, idq; per amorem sui, sicut pulchre beatus Augustinus in libro de ciuitate dei explicat. Recte igitur Chana Galilæa, charitas ipsa est, limes nimirum & terminus diuersarum tum regionum, tum ciuitatum. Et hæc quidem spirituales sunt nuptiæ Christi & ecclesiæ suæ, quæ in Iudæa primum cœperunt, ubi & homo factus est, & ecclesiam sui corporis participatione cõsecrauit, simulq; sui spiritus pignore in fide eandem confirmare dignatus est. Sed uocatis ad fidem gentibus, usq; ad fines orbis terræ earundem nuptiarum uotiuia gaudia peruenerunt.

3. Neq; uero Christus illis nuptiis solus interfuit, adfuit insuper & mater eius, synagoga scilicet Iudæorum. quia enim secũdum carnem ex illis natus est Christus, & ipsi quoq; merito uocati sunt ad nuptias præ cæteris: unde Christus quoq; in euangelio inquit: Non sum missus (in propria nimirum & corporali figura) nisi ad oues quæ perierunt de domo Israel. Hanc illã matrem suam ad has nuptias inuitare unice præcepit Christus, quum apostolos suos ad prædicandi mitteret officium, dicens: In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis, sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israel. Quamuis deinde post Christi resurrectionem non iam sola mater, sed creaturæ omnes, iuxta præceptum domini, uocatae sunt ad nuptias illas, quũ Paulus & Barnabas dicerent ad Iudæos: Vobis oportebat primũ loqui uerbũ dei, sed quoniã repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce cõuertimur ad gentes. Et tantũ de spirituali matris Christi inuitatione. Verum quòd Christus quoque ad proprias suas est nuptias inuitatus, id quoque

1. Pet. 2.
Actu. 20.

Charitas
terminus
bonorum
et malorũ

Li. 14. c. 18.

Beda.

Matth. 10

Matth. 10

Mar. 7. 15.

Actu. 13.

- ex scriptura satis constat. Quoties enim ille à sanctis patribus expetitus, & ardentibus uotis à deo patre aduentus Messiae, sponsi nimirum, uelut efflagitatus, toties ad nuptias has inuitatus est. An nō hūc inuitauit Moyses, cū diceret, Obsecro domine, mitte quem missurus es? Simili modo sponsum hunc ardentissime inuitauit propheta
- Ero. 4.** Isaias, clamans: Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra & germinet saluatorem, & iustitia oriatur simul. Et rursus in alio loco: Utinam disrumperes cælos et descenderes. Accedat autem huius inuitationis eximius præco Habacuc, dicens. Qui uenturus est, ueniet & non tardabit. Neq; uero parum tum ardentem tū grauitè sponsum illum ad proprias suas nuptias inuitauit nobilissimus iste & psalter & propheta, idēq; rex potentissimus, cum caneret: Excita domine potentiam tuā, & ueni ad saluandum. Eodē quoq; pertinent cæteri prophetæ omnes, Ieremias, Zacharias, Ioel, Micheas, omnesq; quotquot fuerūt ueteris testamenti patres sancti, qui uelut uno omnes ore sedulo clamauerunt ad dominum, ut tandem sponsum illum tot retro seculis promissum mitteret ad nuptias, neque illum tātum sed & discipulos & apostolos eius cum eo. Lætare itaq; & exulta satis filia Sion, Iubila filia Ierusalem. ecce dominus uenit & omnes sancti cum eo, & erit in die illa lux magna.
4. Ait autem Maria: Quia uinum non habēt. Non hīc loquimur de perfectis & consummatis illis nuptiis ecclesie iam triumphantis in æterna beatitudine, de quibus
- Apo. 19.** Iohannes ait: Venerunt nuptiæ agni, & uxor eius præparauit se, & datum est illi ut cooperiat se byssino splendenti & candido. Byssinum enim iustificationes sunt sanctorum. & dixit mihi, Scribe, Beati qui ad cœnam nuptiarū agni uocati sunt. In illis nanque nuptiis nullus omnino erit uini defectus, quando ubique præsens erit felicitas æterna & consummata. Ibi nullus erit luctus nec dolor.
- Apo. 21.** Siquidē beatitudo, autore Boethio, status est omnium bonorum aggregatione perfectus. Sed tū hīc agimus de nuptiis ecclesie militantis, in qua (ut ait Bernardus) sæpe uinum deficit, gratia scilicet deuotionis & feruor charitatis, Et o quoties nobis necesse est fratres, post lachrymas

has querimonias uestras, exorare matrem misericordiae,
 ut suggerat benignissimo filio, quoniam uinum non ha-
 beatis. Siquidem magis ad illam piissimam matrem per-
 tinent nuptiae illae sanctae ecclesiae, quam istae quae factae
 sunt in Chana Galilaeae, in quibus si tanto commora est
 adfectu ad exorandum filium, quanto dignius etiam ma-
 iori mouebitur ad intercedendum pro iis, qui se pie & de-
 uote implorant? Neque uero uinum nobis tantum defi-
 cit in illis nuptiis deuotionis, in orationibus nostris, & in
 operibus quoque uinum ardētis charitatis, sed etiam ple-
 runque uino caremus uerae intelligentiae scripturarum,
 qui quondam plurimus fuit & huberrimus defectus in ue-
 teri testamento, ubi saepe nullum fuit in synagoga uinū,
 sed praeter aquam plane nihil. Id adeo Augustinus quoque *Augustin.*
 explicans, inquit: Erat prophetia antiquis temporibus,
 & a prophetiae dispensatione nulla tempora cessauerunt.
 sed illa prophetia, quando in ea Christus non intelli-
 gebatur, aqua erat. in aqua enim quodammodo uinum latet,
 sed quando uelamen tollitur, & Christus in illa intelli-
 gitur, tunc ex aqua fit uinum. Hoc significare Paulus uo-
 luit, cum de Iudaeis scriberet: Usque in hodiernum diem *2. Cor. 3.*
 id ipsum uelamen in lectione ueteris testamenti manet
 non reuelatum, quod in Christo euacuatur, & sic usque
 in hodiernum diem, quum legitur Moyses, uelamen po-
 situm est super cor eorum. cum autem conuersus fuerit
 ad deum, auferetur uelamen. Super eum locum, inquit
 Augustinus: Lege omnes libros propheticos, non intel- *Augustin.*
 lecto Christo, quid tam inspidum & fatuum inuenies? In-
 tellige ibi Christum, non solum sapit quod legis, sed eti-
 am inebriat, mutans mentem a corpore, ut peccata ob-
 liuiscens, in ea quae ante sunt extendaris, ut ait Pau-
 lus. Omnis itaque quae de CHRISTO praedicta est *Philip. 3.*
 prophetia, ante eum aqua tantum fuit, dum latebat: ea-
 dem uero ubi per CHRISTVM in succulenro quo-
 dam sensu & odore fragranti est declarata, in uinum
 abiit. Nonne enim duobus illis in Emaus euntibus
 prophetia tota aquosa fuit, quam diu eam non intel-
 lerunt? unde & audierunt a domino: O stulti & tardi cor *Luce. 24.*
 de ad credendum in omnibus quae loquuti sunt pro-

phetæ, & statim deinceps uinum ex aqua facturus, cepit à Moysè & omnibus prophetis, interpretans illis de omnibus scripturis quæ de ipso erant, adeo ut illi posthac dicerent; Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in uia, & aperiret nobis scripturas? Et non sine ratione factum est, quod uinum non ex nihilo, sed ex aqua fecit, ut sic constaret ipsum etiam aquas non contemnere ueteris testamenti, contra Manichæos qui illud plane reiciebant. Poterat enim utique, ut ait Augustinus, & effusa aqua uinum infundere. uerum id si fecisset, uideretur scripturas ueteres improbasse. cum autem ipsam aquam conuertit in uinum, ostendit nobis quod & scriptura uetus ab ipso est, quæ tamen ante suum aduentum aqua tantum mera fuit, usque dum ille uerum sensum & intellectum eius aperiret. Si uel per transennam Iudæorum commentaria, & ineptissima quæque ueteris testamenti glossemata aspiceres, esset quod hominum istorum admirareris, & stoliditatem ineptam & cæcas ineptias, atque tunc demum crederes meram apud eos aquam esse: obseruans quoque crassas & plusquam beluinas eorum intelligentias, uideres eos nondum habere uel minimam uini guttulam in nuptiis Christi. Et en ex innumeris unum exemplum hic tibi. cum in principio statim Genesis sic legitur, quod creauit deus hominem, adeoque masculum & feminam creauit eos, ibi irruentes in hunc clarissimum & apertissimum textum Iudæi, turbant & miscunt aquam, dicuntque deum creasse Adamum instar Iani bifrontem, ut qui geminam habuerit faciem ante & retro, sicque ex posteriore parte Adami deinceps fecisse feminam. Præterea cum legitur, Adæ non inueniebatur adiutorium simile sibi, Dixit ergo dominus deus, Faciamus ei adiutorium simile sibi, quid uel stultius uel magis tum temerarium tum impium, quam quod antesignamus iste Iudæorum Rabi Salomon, turbidissimam reddens aquam, nescio ex cuius aniculæ Iudæi somnio, dicit Adam cognouisse pecudes & bestias, etiam feras omnes, cumque ijs rem habuisse? Ecce quas cisternas, quas lacunas, & quam turbatissimas aquas Iudæi adhuc pleno ore hauriunt ac potant, dum nobile illud ecclesie fidelium cum Christo bibere uinum recusant, unde iam

Augustin.

Adam bifrons.

Gene. 2.

R. Salomon.

pietates tantas, & quas iure abominetur omnis Christianus, scribunt, amant, amplectuntur, sicut quisquis es Hebraicæ linguæ imperitus, in fortalitiō fidei leges, & apud dominum Victorem de Carbem, & ipsum Iudæum Coloniae conuersum.

¶ Hoc autem illud est quod isti, quia cæci sunt, uerum scripturarum intellectum non uident: sed quicquid gustant, aqueum habet saporem: quicquid potant, aqua est, & quidem turbidissima, sicut de Iudæis iam olim quoque tempore Christi dixit Iohannes ex sententia Isaiaë propheta: Excæcauit oculos eorū, & indurauit cor eorum, *Ioha. 12. Isaie. 6.* ut non uideant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos. Sed uideo nimis in longum currere materiā & protrahi. quod igitur ex illa reliquū est, in iustum differamus sermonem. Interim iam oremus de um opimum maximum &c.

HOMILIA SEXTA
de dominica secunda post Epiphaniā
domini.

Quantum gratia diuina auxiliante fieri potuit, partem spiritualis interpretationis absoluim⁹ super nuptiis euangelicis. Age igitur nunc freti eiusdem gratiæ subsidijs, quod reliquum est in illis, pari diligentia explicemus, & tamen summatim tantum uarias indicemus sanctorum patrum expositiones, qui tamen omnes uinum illud nobile in istis nuptiis biberunt. Ut itaque rem paucis adgrediamur & transigamus, textus euangelij sequens sic habet: Erant ibi sex hydriæ positæ secundum consuetudinem purificationis Iudæorū. Hoc sane Bernardus refert ad nuptias seculi huius, in quibus sane necessarium est, subinde & mundare & abluere se, quādo nemo mundus est satisq; purgatus a sordibus, ac ne infans quidem unius diei. ideoq; hic etiam sponsa il- *Bernar. Job. 13. Ephe. 5.* la abluatur & mundatur, ut sit sine ruga & macula, atq; per hoc instruat & paretur ad istas nuptias cælestes. Deinceps ille hydriæ istas sex commemorat, e quibus se- *Ser hy* se abluunt Iudæi, confitentes nimirum & laudantes deū. *drig.*

**Sex hy-
drie.**

Hydrias porro sex, refert ad ordines seu obseruantias sex-
ruplices, à sanctis patribus in purificationē cordium in-
stitutas. & ex prima quidem hydria hauritur castitas, ex
secunda ciborū abstinētia & ieiunium, ex tertia labor cō-
tra torpentē ignauia, ex quarta, uigilia & nocturna me-
ditatio, ex quinta silentiū, decus & ornāmētum monacho-
rū, ex sexta spiritualis potestatis disciplina. Hæc sane pul-
chra & egregia est expositio de purificatione monastica,
proinde eam confessoribus & prædicatoribus ad hoc de-
putatis relinquo, unum tamen hoc si addidero quod Ber-
nardus inq̄: **Bernar.** Quid sibi istud uult domine? Ministri solici
ri sunt de uini penuria, & tu dicis, Implete hydrias aqua.
Illi de poculis cogitant, & tu præcipis, ut uasa purifica-
tionis impleant, innuere nimirum & significare uolens, si
mulq̄ docere prælatos, præpositos, decanos &c. qui mini-
stri sunt domini, quum confratres sui, hospites utiq̄ spi-
rituales, cupiunt uel orationis suæ deuotionem, uel uini
ardentis charitatis, neque dum tamen aduenit hora do-
mini, ille tamen præcipit hydrias aqua impleri purifica-
tionis, modo iam supra declarato, tunc demum deus ui-
num illis tribuet spiritualis suauitatis in deuotione, ora-
tione, charitate, cultu diuino, monastica obseruatiã &c.
Verum de ijs iam satis.

**Sex hy-
drie spiri-
tuales.**

2. Inuenio diligentia sanctorum patrum sex hydrias
ueteris testamēti insignes, explicatas pulchre & uelut ar-
tificiosa figuli manu instructissime paratas, quarū decla-
ratio omni fidei animæ quæ Christo domino est despō-
sata, multum cōuenienter quadrat. Hydria prima Rebec-
cæ est, hydria compassionis & misericordiæ. Sicut enim
Gene. 24. Rebecca deposita ex humeris suis hydria, potū dedit ser-
uo Abraæ & camelis eius, sic & nos quoque decet proxi-
mis nostris hydriam inclinare pro sua necessitate faculta-
tibusque nostris. Hydria altera Gedeonis est, qua ille ho-
Judic. 7. stes abegit, dum frangeret amphoras, in signum arden-
tis quoq̄ charitatis nostræ in bono omniq̄ cultu diuino,
quando quisquis bonus est & constans ueræ pietatis secta-
tor, ex animo dolet, uidens aliquid turpe aut audiens. tūc
enim ille frangit amphoram, hoc est, parcit nemini, nec
fauorem curat, nec gratiam amici, tantum uehemēti quo

quam animi sui feruore cupit malum esse punitum. Amphora porro tertia est illa Eliæ, qua ipse sacrificium totum & altare quoque superfudit, spiritum significans contritum & humiliatum, qui & sacrificium siue holocaustum orationis nostræ & opera bona omnia irrigat, humectat, uegetat, deoque reddit accepta. Hydria uero quarta, quam Salomon inter cætera templi uasa collocauerat, & Ioas deinceps abstulit, ea significat gustum æternæ dulcedinis in cultu dei, quam ideo etiam quærere oportet in templo inter cætera uasa deo dicata & sacra, hoc est, penes illos homines qui in cultu dei uersantur asiduo, quibus interdum tribuit deus dulcedinem illam spiritus sui prælibandam, sicut Monica, optima optimi filij sancti Augustini mater, à sumpto eucharistiæ sacramento sentiens in se illam dulcissimam spiritus suauitatem, eleuata à terra sursum, præ gaudio clamauit & dixit: Eta commigremus in cælum. Et Dauid, Paraisti in dulcedine tua pauperi deus. Hydria quinta, illa sapientis est Ecclesiastæ, quam super fontem contriuit, significatque contemplationem mortalium huius nostræ in ista peregrinatione, eamque possumus contereere quotidie, uidentes in dies nunc emori iuuenesque senesque, nunc nobis quoque omne genus morbi, miseriæ, cæterorumque malorum aduenire. & hanc nimirum hydriam confregit etiam Sapiens ille, quum diceret: In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Hydria hæc conteretur à nobis, quotiescunque nostram istam inuariabilem moriendi siue legem, siue necessitatem, recogitamus cum illa Techua quæ ad Dauidem sic loquebatur: Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram quæ non reuertuntur. Eadem quoque confringitur, recolendo incertissimam illam mortis horam, quomodo ad diuitem istum dixit dominus in euangelio: Stulte, hac nocte auferent animam tuam à te. Hydria sexta ista est mulieris Sareptanæ, quæ nunquam euacuata est à farina, tantisper dum annonæ carissima ibi duraret in illa regione. et ea quidem significat meditationem uerbi dei & scripturæ sanctæ. inde enim uerbum diuinum colligitur, dum patres cõficiuntur quibus pascantur famelici. Neque enim in

3. Reg. 18.

3. Reg. 7.

4. Reg. 12.

Psalm. 67.

Eccles. 12.

Eccles. 7.

2. Reg. 14.

Luc. 12.

3. Reg. 17.

Matth. 4.

solo pane uiuit homo, sed & in omni uerbo quod procedit de ore dei. Et hæc iam sufficiat expositio sex hydriarum, quæ Christianis omnibus in purificationem proponuntur. & non temere lapideæ sunt istæ, in hoc scilicet, ut agnoscamus fortiter & constanter in huiusmodi debere contemplationibus perseuerare, sicut ait Petrus: Et ipsi tanquam lapides uiui superædificamini domos spirituales.

3. ¶ Aliter adhuc inuenio hydrias istas sex expositas, *Alia expo* ita nimirum quæ significant sex illas contemplationes, quæ *sitio. 6.* habere debet homo, ut impleatur aquis lachrymarum & *driarum.* contritionis, eas breuiter tantum enarremus. Prima hydria, memoria illa est & recogitatio offensæ diuinæ, qua tibi iram dei grauiter conciliaris. amphoram hanc lachrymis adimple amarissimæ contritionis, cum Dauide dicēs: *psalm. 118* Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt mandata tua. Hydria secunda, dolor est fraternæ compassionis, eam implebis lachrymis charitatis, in clamās ex animo cum Ieremia propheta: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? & plorabo die ac nocte interfectos filiæ portæ mei. Tertia porro hydria, est presentis temporis aduersitas, eam implebis aqua miseræ. Multæ enim tribulationes iustorum, inquit Dauid, sed & Iudith dicebat. Omnes qui placuerunt deo, per multas tribulationes transierunt fideles. Amphora quarta, metus est inferni, & impletur aqua compunctionis. fieri enim non potest ut qui uere pœnas recogitat inferni, non compungatur animo & horreat, ut recte nimis dixerit Dauid, *N:* Lauabo per singulas noctes lectum meum lachrymis meis, stratum meum rigabo. turbatus est a furore oculus meus. Hydriam uero quintam, carnalium recte dixerimus esse tempestatem, horridam illam sane & turbulentissimam, eaque aquis adimpletur spiritus tribulati & conturbati. namque tunc spiritus affligitur, cum caro tentatur. Hydria sexta, proprii tum peccati tum defectus meditationis est. eam implemus spe consolationis & refectionis diuinæ, sicut Dauid inquit: Cibabis nos pane lachrymarum & potum dabis nobis in lachrymis in mensura. Aquæ illæ omnes tribulationis & miseræ, intercessione uirgi-

nis matris in uinū uertuntur tū consolationis diuinæ, tū ardentissimæ deuotionis. Nimum foret singula ad longum deducere, ut ipsa requireret materiæ necessitas. Dū enim diligētius adhuc omnia omniumq; scripta circumlustro, uideo quosdam hydrias istas exponere sex afflictiones pœnarum, quæ ex peccato proueniunt. 1. quia sic anima sponsum ad iram concitauit. 2. q̄ dotem suam amisit. 3. quoniam sponsi sui amorem & charitatē omnē perdidit. 4. Quia amicos suos optimos per peccatum cōtempserit, reiecit, à se abalienauit. 5. Quod iam pulchritudine quoq; sua & decore omni spoliata est. 6. Quod amissa libertate, in seruitutem redacta est.

¶ Neq; tamen desunt adhuc qui hydrias illas interpretentur sex ægritudines seu morbos, quos à se relinquit peccatum, ueluti sordidissimū & impurissimum harpyie fœtorem. & 1. quidē quod spiritualis ille sapor, gratia sua omni amissa, insipidus plane redditur. 2. uisus quoque spiritualis hebetatur. 3. quod in ambiguo ponitur tota salubritas spiritus. 4. siquidem & animus tam in operando bonū, q̄ in uitando malū debilitatur. 5. cōcupiscentia uero eorum quæ nisi nocere nil possunt, indies augetur & crescit. 6. uoluntas quoq; ipsa sibi aduersatur, ita ut nunc istud, nunc uicissim aliud uelit. Omnis hæc aqua & insipida & fluxilis est, nisi eam Christus gratia sua confirmet atq; stabiliat, & in uinum uerrat gaudij diuini & sanitatis æternæ. Quidam insuper hydrias has ad sex illa referūt opera misericordiæ, quæ in die nouissimi Matth. 25 mo mutabūtur in uinū perpetuæ felicitatis, Et adhuc tamen hydrias 6. alij constituunt in purificationē .1. contritionem cordis. 2. oris confessionem. 3. uoluntariā eleemosynæ largitionem. 4. contumeliæ illatæ remissionem. 5. continentiam corporalem. 6. & obedientiam præceptorū. Sunt etiam qui eas exponūt de gaudijs æternæ salutis. Possent hæc omnia per longum sacre scripturæ fundamentis comprobari, sed mitto, & ea cuiq; pro contemplationis suæ modulo meditanda relinquo, quia theologia symbolica est amplissima, in qua inter neotericos omnes excellit Keyfersg- Kaiserspergius.

4. ¶ Quandoquidem ex omnibus patribus sanctis Suis.

- Augustin.** Augustinus sublimem & altivolantem aquilam Iohanne explicauit, libet illius quoque spiritualement super hoc euangelio intellectum hic quoque inferre, cum ipsa etiam uenerabilis Bedae expositione, breuiter tamen haec omnia, ne quicquam fastidii haec nostra uobis ingerat prolixitas. Sic habet textus, Erant ibi hydriae sex positae, eas iussit dominus impleri. Hydriae illae sex, aetates sex sunt, in quibus non deficit propheta, prima ab Adam usque ad Noe, secunda a Noe ad Abraam, tertia ab Abraa usque ad Dauidem (ita enim Matthaeus quoque testatur) quarta a Dauid ad transmigrationem Babylonis usque, & quinta ab illa usque ad Iohannem baptistam siue Christum (aduerte tamen quod qui septem faciunt aetates, Moysen interponunt) Sex igitur aetates sunt mundi, quae omnes uacuae erant, futurae etiam inanes perpetuo, nisi eas Christus impleuisset. ab eo enim impletae tunc sunt, quando in ipso prophetae omnes sunt consummatae, & ex aqua uinum factum est, cum in prophetis omnibus coepit intelligi Christus. Et proprie loquendo, aqua scripturae sacrae scientiam designat, quae suos auditores & a peccatorum sordibus abluenda diuinae cognitionis potest fonte potare. Vasa sex quae continebantur, corda sunt sanctorum, quae quia fuerunt lapidea, significatur ea & firma fuisse & fortiter fundata super illam solidam petram, super lapidem angularem Christum, quem uidit Daniel a monte concidi sine manibus. Deinde commemorat euangelista illa huc adhibita esse iuxta purificationem Iudaeorum, quia lex solis data erat Iudaeis, euangelium uero Iudaeis & gentibus. Nota etiam quod quam diu aqua fuit, in hydriis fuit: at ubi primum uinum factum est, iussit Christus fundere ex hydriis. Cur id tandem? In promptu illa significatio est, quoniam lex Moysi in tabulis scripta erat lapideis, siquidem & Iudaei corda habebant similiter.
- Beda.**
- Watt. 1.**
- Beda.**
- Ephe. 2.**
Daniel. 2.
- Exodi. 31.**
234.
- Exodi. 2.3**
- Actuum .7.**
- Johan. 1.**
- Actuum. 15.**
- similia, populusque is erat & pertinax & durissimi cordis. Verum ex ista duritie Christus deinde euangelicam induxit suauitatem, ideoque & Iohannes ait: Lex per Moysen data est, gratia autem & ueritas per Iesum Christum facta est. Sed & Petrus de lege Mosaica loquens, nos docet quomodo aqua ista cruda & insipida in lapideis hydriis uersa sit in uinum, cum ait: Quid tentatis deum, imponere iugum

super ceruices discipulorum, quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuimus? sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus saluari. Nonne hic pater, quomodo & ex aqua sit factum uinum, & illud deinde ex lapideis hydrijs in alia uasa mitiora infusum?

¶ Et quod porro sequitur, hydrias istas cepisse singulas metretas binas aut ternas, hoc sibi uult, quod uetus testamentum nunc tres in diuinis personas, nunc duas tantum commemorat, ut cum scriptum est: Omnia in sapientia (hoc est, filio) fecisti. uirtus enim & sapientia dei Christus est. Interdum etiam commemorat spiritus sancti, ut ibi, Verbo dei cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Hæc multum extendit Augustinus. uerum nobis satis sit interim, ea uel digito saltem cõmõstrasse. Nunc uideamus quomodo amphoræ istæ salutarib; sint impletæ aquis scripturarum. obseruemus etiam quo pacto eadem illæ in suauissimum odorem simul & saporem uini sint conuersæ, id ostendî poterit in ætatibus mundi iam supra commemoratis. Augustinus etiam idem declarat in Adam & Eua. Quid enim aliud erant uerba illa de matrimonio, quam aqua, Erūt duo in carne una? Superueniens autē Paulus, eadem de Christo exposuit & ecclesia. Ecce ite; aquam ex alia hydria tibi. Dormiente Adā, sumpta est ex latere Eua, & ex ipsa costa facta. En autem hic tibi Paulum rursus, & uidebis aquam illam factam uinum. siquidem Adam iste typus & figura extitit uenturi Adæ, scilicet Christi. Dormit em̄ Adam ille ut fiat Eua, & moritur Christus ut fiat ecclesia, nascaturq; adeo ex latere illius. nanq; & Eua sumpta est ex latere Adæ, & Christo in cruce mortuo, apertum est latus eius, ut inde fluerent sacramenta ex quibus ecclesia formaretur. Beda id ipsum in Abel etiam & Cain declarat, hoc modo: Quisq; factum illud auersatur utiq; & condemnat sceleratū istud sacrificium Cain, eiusq; inuidiam, cædem, timorem, maledictionem & condemnationem, atq; uicissim laudat bonum & pium istum Abel, cupit cum eodē offerre sacrificium beneplacitū deo, simulq; benedictionē accipere illius. Verū hæc oīa aqua sunt tantū ueteris testamēti, quibus nō oīo mala, hæc mihi uide uersam in uinū, & meditare

Apoca. 13. Cain significare peruersam malitiam Iudæorum, qui fratrem suum occiderunt innocentem: Abel uero significare passionem & mortem Christi, qui in Abel iam olim patitur & in mortem tradi ab origine mundi. Terram quoque quæ sanguinẽ Abel suscepit, ipsam esse ecclesiam fidelium, quæ sanguinẽ Christi à Iudæis effusum suscepit in mysterium suæ renouationis. Hoc modo quicumque sancta illa ueteris testamenti uerba sanctius adhuc & intelligit & interpretatur, is sane cum architriclino uideret ex aqua uinum, ex litera factum esse spiritum.

Gene. 7. ¶ In secunda ætate, totus diluuiò mûdus deperijt, Noe excepto, & quotquot cû illo erant, hominibus animalibusque terræ in arca. Quod cum legis, & horrendam istam recogitas plagam quæ super uniuersum irruit orbẽ, paucorum quoque liberationẽ, & iam ipse quoque cupis cû electis saluari, ne cû malis reiectus delearis & pereas, nõris aqua adhuc esse in hydria ad purificandum te. Verum cû apud te cogitas Noẽ Christum & arcam significare ecclesiam, iuxta interpretationem Petri, & sicut aqua peccatores, ita baptismus delet peccatum: columba uero quæ rami oliuæ defert in arcam, spiritum sanctum designat, qui oleum gratiæ suæ infundit pijs hominum mētibus: huiusmodi cõtemplatio dulcior suauiorque est longe uino optimo apud omnes uere pios & Christianos homines. Vel etiã, sicut ex hac hydria hausit beat⁹ Augustinus, ut sicut per lignum figura orbis terrarũ ibi in arca liberata est, ita in ligno crucis figeretur uita orbis terrarum: & sicut extra arcam nemo remansit incolumis, ita hic extra ecclesiam nemini esset expectanda spes salutis. Offer hæc prudenti architriclino scripturæ sacræ, & is sane dicit uinum hoc utique esse nobilissimum.

Gene. 22. ¶ Digrediamur ulterius etiam in tertiam ætatem, & uidebimus hic quoque hydriam in qua sit aqua. Cum enim Abraam iam iam immolaturus unicum suum esset filium, & in locum illius angelus ei monstraret arietem, qui & immolatus est, si expendas Abraæ obedientiam, quæ tantum ille meruit apud deum, teque componas & animum tuum in omni obedientia, aqua est quidem, neque mala, ut quæ à multis te præseruet peccatis, præterea nihil.

Vnde si cogites illum Abraæ filium, filium dei designare Christum, illumq; sic fasciculum detulisse ad sacrificiũ, sicut Christus crucem suam portauit in Caluariæ locum: *Johan. 19* & quoniam unigenitus offertur, diuinitate interim permanente immortalis, immolatus est aries, hoc est, humanitas tantum Christi passa est & mortua. Id si ita tecum recogitas, consideras benedictionem Abraæ per oblationem CHRISTI uenisse in te & mundũ hunc uniuersum, *Gene. 22.* sicut & Abraæ dixit deus, In semine tuo benedicentur omnes tribus terræ, ecce iam aqua prophetiæ uersa tibi est in dulcorem uini, dum agnoscis filiũ unigenitũ Christum, qui & promissus est. Vinum hoc illud est, quod & degustauit & multis modis commendauit Galatis Paulus.

¶ In quarta quoq; mundi ætate Dauidẽ uidemus post multas persecutiones, quas sustinuit à Saule, regem tamẽ factum, ira ut regnum illud sibi sponderetur à deo fore perpetuum: quod quisquis audit & innocentie studet, sic. *1. Reg. 2.* ut Dauid, patienter sustinens omnes tribulationes, is sane aquam inueniet mundam. Verum si per Saulem Iudæos, & in Dauidẽ intulerit Christum, & quoniam Iudæi Dauidem, hoc est, Christum persecuti sunt & ecclesiã suam, unde ab eis & spirituale regimen & sceptrum ablatũ est seculare. Iã enim ex regione sua expulsi, & per omnẽ mundum dispersi, cõtempri undiq; circumerrant Iudæi, totam peragrant terram, nusquam domestici, & sicut ipsi aiunt, *ויגורו* & peregrini, sedent absq; sacrificio, templo, rege, sacerdote & Ephod, sicut eis prædictum erat per Oseam prophetam, omnis tunc eorum gloria, toriusque *Osee. 3.* regni sui splendor in Christianorum translatus est ecclesiam, cuius regni sane nullus erit finis, iuxta uocem angeli ad Mariam. In Christo enim impletum est illud Dauidis dictum, *Luc. 1.* Exurge domine & iudica terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus. Melius paulo gustasti unum illud, in omnibus gentibus. Lutherani nunc & Zuingliani putantes Christũ & ecclesiam tantũ penes se esse, sicut quondam Donatistæ, ecce aquam adhuc bibũt, & eam turbidam atq; ingratißimam, neq; dum degustarunt illud falernũ nobile quod Christus miscens omnibus propinat gentibus. *Psal. 57.*

¶ In ætate quinta populus Iudaicus in captiuitatē dūctus est Babylonicam, & ibidem annis transactis sepruaginta, cum iam pœnitentiam egisset, domum reductus est per pontificem illum magnum Iesum. Hoc qui iuxta historiam audit, & metum peccati sibi inde concipit, pœnitentiam insuper agens de peccatis commissis, iam se abluerit aquis hydriæ lapideæ: præter hæc autem cum cogitare apud se incipit, quod Ierusalem ecclesiam significat fidelium, Babylon impurissimam contagionem peccati, Nabuchodonosor diabolum, & pontifex Iesus illum designat sacerdotem æternum Christum: uidet indies multos multa bona facere, melioresq; fieri ex gratia dei, & alios uicissim propter peccata sua abripi à diabolo: ille in uinum habet doctrinæ euangelicæ. Quicquid enim patribus contigit, in figura tantum factū est. unde & Iesus ille perfectior erat sacerdos isto, qui filius fuit Iosedech, sicut Paulus, qui uinum istud sane satis gustauit, alijsq; potandum infudit, declarat ad Hebræos.

2. Corin. 10
Mag. 1.
Zach. 3.
Heb. 5.

¶ Sed iam nunc postremo ætatem illam sextam quoq; contemplemur, in qua natus Christus, die octauo circumcisus, tricesimo uero in templum præsentatus, & pro eo munera iuxta legis præscripta oblata. Vbi magnum sane est illud, quod discimus qua diligentia legem seruare debeamus euangelicam, quando Christus legum omnium dominus ea dignitate legem seruauit ueterem. qui tamē uenerat ferre & sanctificare legem nouam. Verum hæc aqua tantum est, licet amœna & liquida, quā qui uolet numerum fieri, cogitabit apud se singula ista hoc modo: Circuncisionem intelliget nostrū baptismum, & in præsentatione meditabitur ipse, quomodo Christiani post baptismum templū ingressi, sancto Missæ sacrificio peracto, ipsi quoq; uenerabile suscipiāt sacramētū corporis Christi. Quod si uero quis etiam diem circuncisionis octauum referre cōmode poterit ad diem nouissimum, quo omnis ista caduca peribit mortalitas, quo omnes sancti immortales mercedem bonorum operum & meritum suum recipiēt in æterna felicitate, is (mihi crede) demū gustaturus est uinū preciosissimū & nectari similitimū. Et hoc illud est quod dominus uinum in ijs nuptijs nō ex nihilo facere uoluit,

sed præcepit potius impleri hydrias aqua. sex enim illas mundi ætates saluberrima donauit sapientiæ aqua, quas tamen deinceps cū in mundum ipse uenisset, uirtute quadam sublimioris & spiritualis cuiusdā intellectus illustrauit. Ex his omnibus hucusq; cōmemoratis, cōcludo quæ pro uirili recogitare debere, quā sibi uinum illud uelit euangelicum. neq; eū hoc uinum, remulētia est & be- *Mala vi-*
na.
 luina ebrietatis, de quo Isaias dixit, Væ qui potētes estis *Isaię. 5.*
 ad bibendum uinum, & uiri fortes ad miscendā ebrietatē.
 Neq; uero uinum hoc, uinum istud iniquitatis est, de quo *Proue. 14.*
 Sapiens, Comedunt, inq̄r, panem impietatis, & uinum iniquitatis bibunt. Profecto etem uina mala sunt pleraq; & amara, quando & damnationi facilem parant aditū, sicut in cantico suo Moyses cecinit: Uua eorū, una fellis, & bo- *Deut. 32.*
 trus amarissimus. fel draconū uinum eorum, & uenenum aspidum insanabile. Verum hoc illud nostrū uinum euangelicum in scripturis exhilarat corda hominum piorum sublimi & spirituali sensu, iuxtaq; cū eleuatione mentis in superna illa mysteria dei. Vinū hoc & nectar nobilissimum deū simul & opes lætificat, hoc modo à ministris uerbi prædicatoribus haustum. Tribuat itaq; dñs de hoc nobis quoq; clementer, ut hoc uino in præsentiarum satiati, bibamus etiam illic cū Christo nouū istud uinum de *Lucę. 22.*
 genimine uitis in regno patris sui, Amen.

HOMILIA SEPTIMA ET
 ultima, de euangelio Dominicæ se-
 cundæ post Epiphaniæ.

Nimium immorati sumus, nescio qua capti mysteriorum dei suauitate, spirituali hinc intellectu declarare simul & ostendere uolentes, quomodo prædicatores consimili utantur expositione mystica in singulis euangelij, sicuti & facilima est illa theologia significatiua, & à sanctis patribus prudenter doctè que pertractata. Quæ sane spiritus sancti hubertas est, qui nobis scripturas sacras affatim adeo & abundanter tradit, ut nō tm omnes creaturæ clamēt & eloquantur, enarretq; gloriā sui creatoris, uerū etiā qlibet creatura ueluti quā sit liber dei, in q̄ legas quicūq; uoles de pfectiōe diuina.

Qua de re aliàs plura. Nunc tantum ad finem contextus huius euangelici progrediamur, ubi Euangelista sic ait: Hoc fecit initium signorum Iesus in Chana Galilææ. ubi nos breuiter uideamus duo, alterum, quomodo signorū Christi cæterorum signum hoc fuerit initium: alterum, qua de causa & in quem finem miraculum hoc factum sit. Principio profitemur nos hic nihil de uirtute CHRISTI dicturos miracula operandi. Quum enim ille uerus fuerit deus, potens utique fuit etiam miracula faciendi semper. tantum hic de facto loquimur, ubi quidam eius fuerunt opiniōis, ut dicant Christum antea quoque plura fecisse miracula ab infantia sua, sicut & libellus quidam de infantia Christi, puerilia miracula plurima continet, &

Nazaræi.

ipsum similiter euangelium Nazaræorum. Hi omnes ut suæ patrocinentur opinioni, hoc illud euangelistæ uerbum sic accipiunt, quoniam hoc initium fuerit signorum Christi, non omnium, sed eorum quæ exhibuerit in Chana Galilææ. Verum hæc sententia non placet Chryso-

Chrysof.

mo. ait enim non contendere se, sed neq; multum referre, fuerit ne hoc initium signorum Christi. Tantum, inquit, illud affirmo, post baptismum Christum miracula facere cœpisse, antè nullum. Hoc siue aliud primum fuerit post baptismum, non admodum quæ situm necessarium ducimus. Et homilia XX. inquit: Quod si quis diceret, non hoc fuit primum signum, quia additum sit in Chana Galilææ, ac si diceret, Non omnium primum, sed eorum quæ illic fecerat. Ad hoc respondebimus, quod superius inquit Io-

Iohan. r.

hannes, Ego nesciebam eum, sed ut manifestetur Israel, propterea ego ueni in aqua baptizans. Nam si antea fecisset miracula, non indignisset Israel Iohanne, qui ipsum manifestaret, imò miracula ipsa id fecissent. nam qui in tam breui miraculis claruit, Iudæis & Syris cognitus, longe magis claruisset à prima infantia, si ea fecisset. fuisset enim maiori admiratiōi, utpote puer, quàm uir. Vir nanque quum iam factus est, per miracula sua non Iudæis tantum, sed & gentibus innotuit omnibus unico trionio. At quid opus fuerat præcursore, qui ideo mitteret ante Christum, ut ei uiam pararet, ubi si Christus etiam puer miracula fecisset, nihil opus habuisset Iohāne, qui eum

Luce. r.

manifestaret? Primum itaq; hoc Christi fuit miraculum, & si dicis antea q; facta esse miracula, puta in stella magorum, in apparitione columbæ &c. Et quia hic mentionem facit discipulorum, suspicio esse uidetur, illos attrahere eū sic uoluisse miraculis suis. Quid quod Lucas testatur, ipsum adhuc duodēnem, grauitate adeo & mature tū respōdisse legis doctoribus, tū uicissim eos interrogasse?

Ad hæc obiecta breuiter respondeo, & primum de stella atq; columba statim dico, quod quis ea quoq; ab ipso tanq; deo sint facta (opera enim trinitatis, inquit Damascenus, sunt indiuisa. & quod operatur pater, idem filius quoq; facit & spiritus sanctus, siquidem personæ illæ tres ut unam habent essentiam diuinam, uoluntatem unam, unamq; uirtutem, ita & operationem unam, usq; adeo ut fieri non possit, personam aliquā facere quicquam, quod non operentur & aliæ) tamen si igitur Christus quoq; miracula hæc fecerit ut uerus dei filius, nō tamen ea fecit secundum suam humanitatem: sed neq; signum hinc ullum licebat colligere de ipso, cum non apparebat eum hæc facere. et quod de discipulis infertur, dico illos nec credidisse in Christum, nec sequutos eum fuisse, propter miracula, sed primum statim ex illo Iohānis testimonio, cum uidentis dominum, diceret: Ecce agnus dei. Tunc enim audierunt eum duo discipuli loquentem, & sequuti sunt Iesum, quamuis deinceps doctrina Christi confirmati sunt fortius. Estq; hæc non exigua laus discipulorum, quod sequuti sunt ipsum, priusquam uel miracula eum facere uiderant, uel ab eo quicquam de præmio æternæ retributionis audierant, ut inquit Gregorius. Sed quod tertio loco obiectum est, illum in templo sedisse in medio doctorum, argumentum quidem fuit & signum suæ sapientiæ euidens, sed non perinde uirtutis suæ, quam in miraculis deniq; declarauit, sicut & cum Nathanaele loquens, iam à Philippo uocato, & antehac quoq; sub ficu agnito, scientiam suam demonstrauit, non potentiam. Ex his omnibus sequitur, libellum istum de pueritia Christi, non minus merito reiectum esse, quam euangeliū istud Nazareorum, q; utrinq; miracula descripta sint plurima, quæ fecerit Christ⁹ ab infantia sua. uerum id ex causis iam com-

Mat. 2. 3.
Johan. 2.

Luc. 2.

Damas. 5.

Johan. 1.

Gregori.

Chrysoſt.

memoratis fieri non potuit, inquit Chryſoſtomus homil. 16. Et ſi quæris, cur nam eo uſq; miracula facere diſtulerit Chriſtus (is enim quia anno demū baptizatus eſt trigefimo, uideretur ſic miraculum hoc feciſſe anno tandē trigefimo primo poſt ieiunium quadraginta dierū) cauſas huius rei en duas tibi ex uno Chryſoſtomo, qui inquit: Nō immerito à teneris annis Ieſus à miraculis abſtinuit. arbitrati enim eſſent ſe præſtigia uidere. Nam ſi annoꝝ accēſſu & ætate matura multi id ſuſpicati ſunt, quid de puero credidiſſent? præterea maturius eū propter inuidiam crucifiſſent, & generatio eius nō fuiſſet credita. Poſt ſunt præter has duas altæ quoq; rationes adduci. hoc ipſo enim q̄ hic dicit, Chriſtum illud feciſſe ſignoz̄ initium, duplici de cauſa, altera ut manifeſtaretur gloria eius, altera, q̄ crediderint in eū diſcipuli ſui, quid aliud ſane intelligendum hinc nobis offertur, niſi Chriſtum non mature, miraculorum ſuorum operationem inchoare debuiſſe? ſiquidem diuinitatem eius manifeſtare decebat hoc modo, ut tamen humanitas interim illius non negaretur, quam nimirum humanā iſtam uel uſceptam naturam tantisper probare uoluit & tot annis confirmare, ne aliquam relinqueret hæreticis occaſionem eandē calūniandi. Quod ſi puer ſtatim aut infans adhuc miracula facere cœpiſſet, tandē clamarent Manichei, Marcionite, Apelles & alij cōplures hæretici, ipſum non uere corpus habuiſſe & carnem, corpusq; adeo illud ſuū phantaſticum tantum fuiſſe. Tam cōſtanter itaq; & tot annis diuinitatem ſimul & humanitatem ſuam argumētis certiffimis Chriſtus uoluit cōprobare. Sic & in fide uoluit doctrinā ſuam Chriſtus miraculis firmare, ubi oportebat ſane prius doctrinā p̄mitti, q̄ cōfirmare. Neq; uero decore fuiſſet, Chriſtū adhuc ſiue infantulū ſiue etiā puerū, ante legitimā ætate docere cœpiſſe & prædicare, q̄d nemo utiq; ſumere ſibi debet & uſurpare, ut ante doceat q̄ didicerit ipſe. Sed & ætas illa annoꝝ triginta, huic officio fuit cōmodiſſima. ſiquidē & typus Chriſti Ioseph, ea ætate adminiſtrationē ſubiit & regimē Aegypti, & Iezechiel cū annos totidē pegiſſet, p̄phetandi munus ſuſcepit, & Dauid q̄q; annoꝝ triginta exiſtēs, regere cœpit. Q̄ in primitiua q̄q;

Gene. 41.
Iezechi. 1.
2. Reg. 5.

ecclesia p lege habitū est, ut iuxta cōcilij Neocæsariensis canonē, ante triginta annorū ætatē presbyter nullus ordinaret, quis esset probabilis uitæ, sed obseruaret usq; ad præfinitū tēpus, qñ dñs q̄q; tricesimo anno baptizat⁹ est, & tūc prædicauit. Præcepit idē postea Bonifacius q̄q; Pōtiffex Maximus, Quod nūc etiā in gymnasijs quibusdā cōsuetudine non omnino mala obseruari constat, ut theologiae doctor nullus promoueatur, nisi q annū attigerit trigessimū. Id uero cū presbyteris iam mutatum est, siquidem illi annum etiam agentes 25. cōsecrantur, cum iam ipsa etiam hominis uita decrescar, & quo magis ad iudicij nouissimi diem mundus declinat, eo breuior fit hominū uita. Quamuis rationes istas non tanquam necessarias in medium adduxerimus, quando sunt rationes decentiæ tantum & congruitatis. & proprie loquendo, uera causa cur ille miracula facere distulerit, est deiformis sua uoluntas.

2. ¶ Rationem insuper reddit Euangelista miraculi huius, quoniam manifestārit gloriam suā. intellige, quantum in ipso erat, regem se exhibuit gloriæ, qui potestatem haberet ipsa etiam elementa transmutandi. Quamuis enim dominus noster gloriam simul & maiestatem suam abūde etiam exhibuit in sua doctrina, in prophetia, efficacissima tamen uia est eam huiusmodi declarandi operibus, quæ solus potest facere deus: & sic in illo alijsq; miraculis impletum est, quod antē aquilino suo uisuerat Iohannes, dicens: Vidimus gloriam eius, gloriam q̄si unigeniti à patre, plenum gratia & ueritate. Altera uero causa est, quam obrem miraculum hoc fecerit Christ⁹, ut firmaret simul & confortaret fidem suorum apostolorum, non tamen quod illi iam sui essent apostoli, in quod munus deinceps tandem sunt uocati, sicut & aliquādo de apostolatu prædicabimus, & iam supra ex Augustino est declaratum. Nec est quod putes eos nūc primum in Christū credidisse. sine dubio enim Andreas credidit, cū eum sequeretur. credidit & Petrus, credidit in illum Nathanael quoque, cum diceret: Tu es filius dei, tu es rex Israel. Verum fides ista augebatur in illis quotidie, & crescebat magis ac magis, sicut ex hoc quoq; miraculo. Et cre-

78. dist. c.
1. 7. cano.
presbyt.

Iohan. 1.

Iohan. 1.

Luce. 17.

scere quidem atq; augeri in homine fidē, aperte nos apostoli suo docent exemplo, clamātes ad dominum: Domine, adauge nobis fidem. Fides enim fit & cōficitur ex tribus .i. A deo quidē immediate, quomodo infanti in baptismo infunditur. 2. Ex autoritate dicentis, & sic cum scriptura sacra quippiā refert, fides eidē adhibetur ex scriptoris autoritate, quā ille apud ecclesiā emeruit. 3. Hauritur etiam fides ex miraculis, ut cum Christus apostolos ablegaret in mundum uniuersum prædicare euangeliū, quo ille eorū sermo nouus plane & oībus retro inauditus seculis facili⁹ suscipereſ, addidit doctrinæ nouæ quoq; miracula operādi uirtutē, dicēs: Signa eos qui crediderint, hæc sequent &c. Ex ijs omnibus iam pater, cur, quibusq; modis fiant miracula. neq; enim oēs clamātes ad deū, miraculis iuuātur. pleriq; clamant ad dominum, faue, audi, adiuua: nec tamen aliud audiunt, q̄ quod ille uerbum respōdit matri, Nondū uenit hora mea, nōdum tempus est operādi miracula. Cætera de miraculis require in sermonibus Ascēſionis dñi. Rogemus dominum &c.

Mar. 16.

DOMINICA III.

post Epiphaniam, Euangelium Matthæi VIII.

Mar. 1.
Luce. 5.Infra. 12.
215.

IN illo tempore, Cum descendisset IESVS de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ, & ecce leprosus ueniens adorabat eum, dicens: Domine, si uis, potes me mundare. Et extēdens Iesus manum, tetigit eum, dicens: Volo, mūdare. & confestim mundata est